

Augustinus de Dacia († 1285):

Rotulus pugillaris

Genudgivet og oversat af Christian Troelsgård

København 2021

Audite ihu xpi p m
structione iuuenum f
ru ordinis pdicatoru
et alior qui p tpe obsi
lute animaru predi
cionu t confessionum audi
cionu sunt exponendi ca
q omnia sunt et i sac
theologia magis nat li
plicibus ad sciendu m unu
q rotulu pugillare bui
t collecta redege. Vbi at

Rotulus pugillaris

Augustinus de Dacia

Den latinske tekst er gennemarbejdet af © Christian Troelsgård med udgangspunkt i A. Walz' anden udgave i *Classica et Mediaevalia* 16 (1955), s. 136–195. I modsætning til Walz' udgaver tilnærmer denne udgave sig den ortografiske norm, som findes i de to bevarede håndskrifter. En elektronisk og søgbar gengivelse af Walz' anden udgave med klassicerede, normaliseret ortografi kan findes via Brill's *Library of Latin Texts*, Series A.

Kendebogstaverne for de to håndskrifter er de samme som hos Walz:

U = Uppsala, Universitetsbiblioteket C 647 (s. xiv^{2/2}), foll. 159r - 176v

B = Basel, Universitätsbibliothek B X 9 (s. xiv-xv), foll. 37r – 69r

Afviselser fra Walz' tekst (bortset fra ortografi og interpunktion) er anført i det kritiske apparat.

Teksten er ledsaget af en dansk oversættelse, som blev færdiggjort i sommeren 2021.

Oversættelsen er tilegnet Jesper Fich, O.P., som jeg ved hans 25-års præstebilæum for 12 år siden lovede at oversætte *Rotulus Pugillaris* til dansk – *Melius sero quam numquam!* – og som lige siden har bevaret en levende interesse for at se oversættelsen færdig.

Christian Troelsgård, København d. 20. juli 2021

1 <Prologus>

[B 39 r b] Ad laudem Iesu Christi pro instructione iuuenum fratrum Ordinis Predicatorum et aliorum qui pro tempore ob salutem animarum predicationi et confessionum audicioni sunt exponendi ea que communia sunt et in sacra theologia magis necessaria, simplicibus ad sciendum in unum quasi 'Rotulum Pugillarem' breuiter collecta redeg.

Ubi autem [B 39 v] nimis succincte et minus complete aliquibus dictum esse uideatur recursum habeant, si placet, ad summulam que 'Compendiosum Breuiarium Theologicæ' intitulatur iam nuper a me compilatam. Moneo uero iterum atque iterum ne aliqui fratres dicti ordinis Dacie ad predicta officia predicationis et confessionis assumantur priusquam de his que hic conscripta sunt et aliis que in constitutionibus prefati ordinis ponuntur ad memorata officia pertinencia diligenter examinati fuerint et approbati.

2 Habet autem hic 'Rotulus' quindecim tractatus:

In primo tractatur de introductoriis sciencie theologicæ.
In secundo de fide, symbolis et fidei articulis.
In tertio de angelis et animabus.
In quarto [B 39 v b] de gracia et eius differentiis.
In quinto de uirtutibus theologicis, cardinalibus et aliis.
In sexto de donis et operibus misericordie.
In septimo de beatitudinibus et contemplacione.
In octauo de oracione et specialiter de oracione dominica.
In nono de preceptis et plagis.
In decimo de uotis, iuramentis et ignorancia.
In undecimo de peccatis et eorum speciebus et differentiis in generali.
In duodecimo de quibusdam peccatis in speciali.
In decimo tertio de sacramentis.
In quarto decimo de distinctione temporum.
In quinto decimo de antichristo et ultimo iudicio.

3 <Tractatus primus – De introductoriis sciencie theologicæ>

[U 159 r] Theologia est sciencia ducens humanum intellectum lumine [B 40 r] fidei

1 Prolog

Til Jesu Kristi pris og til uddannelse af de unge dominikanerbrødre og andre, som for sjælenes frelses skyld nu skal ud at prædike og høre skriftemål, har jeg samlet og komprimeret alt det, som er det almindeligste og det mest nyttige i den hellige teologi. Det har jeg gjort med enkle ord, så det let forstås, og kortfattet i dette skrift, der fungerer som *Rotulus Pugillaris - Den lillebitte håndbog*.

Hvis nogen så synes, at noget er udtrykt alt for fortættet eller langt fra fyldestgørende, så kan de, hvis de vil, søge hjælp i den lille oversigt, som bærer titlen *Det lille kompendie over den teologiske videnskab* eller *Breviarium*, som jeg netop har skrevet sammen. Men jeg skal her indtrængende give ordre om, at ingen broder af den nævnte orden i provinsen Dacia sættes til at prædike eller høre skriftemål, de opgaver, jeg nævnte ovenfor, førend de er blevet omhyggeligt eksamineret og har bestået en prøve i følgende pensum: det, som jeg her har skrevet sammen, samt andre forhold, der er foreskrevet i dominikanerordenens regelgrundlag om varetagelsen af de nævnte opgaver.

2 Indholdsfortegnelse

Rotulus pugillaris består af femten afhandlinger:

- Første afhandling: Om den teologiske videnskabs grundlag
- Anden afhandling: Om troen, trosbekendelserne og trosartiklerne
- Tredje afhandling: Om engle og sjæle
- Fjerde afhandling: Om nåden og dens distinktioner
- Femte afhandling: Om de teologiske dyder, kardinaldyderne og andre dyder
- Sjette afhandling: Om Helligåndens og barnhjertighedens gerninger
- Syvende afhandling: Om saligprisningerne og kontemplation
- Ottende afhandling: Om bøn, især om Fadervor
- Niende afhandling: Om De ti bud og de ti egyptiske plager
- Tiende afhandling: Om løfter, eder og uvidenhed
- Ellevte afhandling: Om synder, deres typer og grundlæggende forskelle
- Tolvte afhandling: Særligt om bestemte synder
- Trettende afhandling: Om sakramenterne
- Fjortende afhandling: Om tidsaldrenes kendetegn
- Femtende afhandling: Om Antikrist og Dommedag

3 Første afhandling: Om den teologiske videnskabs grundlag

Teologi er den videnskab, som ved troens lys fører det menneskelige intellekt til

in cognitionem dei per Christum in operibus recreacionis. Materia aliarum scienciarum sunt opera condicionis, materia uero theologie sunt opera restauracionis secundum Hugonem de Sancto Victore. Sed quia non posset fieri hominis restauracio nisi sciretur eius lapsus nec lapsus posset sciri nisi sciretur status condicionis unde est
 35 lapsus, ideo in sacra scriptura primo agitur de operibus condicionis. Propter quod in definicione theologie ponitur de operibus restauracionis, et non condicionis, siue recreacionis. Dicitur autem theologia a 'theos' quod est deus et 'logos' quod est 'sermo' quasi sermo de deo. Et sciendum est quod hec sciencia est a deo per deum ad deum. A deo tamquam a principali auctore licet ministerio hominum sit conscripta. Item est
 40 de deo ut de subiecto principali. Omnia enim que in ipsa tractantur uel sunt de deo uel de ipsis qui ordinantur ad ipsum ut [B 40 r b] ad suum principium siue finem. Item est per ipsum hoc est per eius reuelacionem et ideo modus est eius reuelacionis. Item ad ipsum ut ad principalem finem scilicet ut eum perfecte cognoscamus et in ipso eternallyter beatificemur. "Hec est enim uita eterna ut cognoscant te solum uerum deum", etc.
 45 Ioan. XVII.

Et ideo hec sciencia est uerissima quia est a summa ueritate, nobilissima quia de nobilissimo subiecto, lucentissima quia est per dei reuelacionem, et utilissima quia ducit ad summum bonum siue ad eternam beatitudinem, Ioan. XX: "Hec scripta sunt ut credatis et ut credentes uitam habeatis" etc. Hec sciencia quattuor modis exponitur
 50 secundum quattuor sensus scilicet unum litteralem et tres spirituales scilicet allegoricum, tropologicum seu moralem et anagogicum. Verbi gracia Ierusalem secundum sensum litteralem [B 40 v] est quedam ciuitas in Iudea. Et hoc signatum siue hec ciuitas secundum sensum allegoricum significat ecclesiam militantem, secundum sensum tropologicum siue moralem significat animam fidelem et eius operacionem, secundum
 55 sensum anagogicum significat ecclesiam triumphantem.

Et si qui alii eius sensus inueniuntur sub aliquo istorum comprehenduntur ut parabolicus, qui frequens est in euangeliiis, sub litterali et similiter metaphoricus. Et sciendum est quod in omnibus sermonibus parabolicis et metaphoricis non sensus est [U 159 v] litteralis quem littera prima facie pretendit sed ille quem intendit auctor, alioquin esset aliqua falsitas in sacra scriptura, quod nefas [B 40 v b] est dicere. Ut cum dicitur deum habere manum uel pedem et similia, metaphora est et significat per hoc secundum sensum litteralem quod potens est deus omnia operari et omnia penetrare. Dictos autem quattuor sensus his uersibus comprehendo:

65 Littera gesta docet, quid credas allegoria.
 Moralis quid agas, quid speres anagogia.

at erkende Gud gennem Kristus i hans frelsesværk. Emnet for de øvrige videnskaber er den foreliggende tilstand, mens teologien beskæftiger sig med dens genoprettelse ifølge *Hugo af Sankt Victor*. Men da genoprettelsen ikke ville kunne ske uden viden om menneskets fald og faldet ikke ville kunne erkendes uden viden om den tilstand, hvorfra mennesket er faldet, handler begyndelsen af Den Hellige Skrift om den oprindelige tilstand. Derfor indgår genoprettelsens (eller genskabelsens) processer i definitionen på teologi, og ikke den foreliggende verdens tilstand. Ordet teologi er sammensat af 'theos', Gud, og 'logos', tale, ligesom 'tale om Gud'. Og man bør vide, at denne videnskab kommer fra Gud, gennem Gud, rettet mod Gud. Den har altså Gud som sit egentlige ophav, skønt den er skrevet sammen af mennesker. På samme måde har den Gud som sit primære objekt. Alt hvad der behandles i teologien er af Gud, eller af de ting, som retter sig mod Gud og ligesom sigter mod ham som princip eller endemål. Derfor er a) teologien til gennem ham, dvs. gennem åbenbaringen, og hans virkemåde er derfor åbenbaring. Og derfor er b) teologien rettet mod ham ligesom mod et endemål, for at vi kan lære ham fuldkomment at kende, og for at vi kan saliggøres i ham til evig tid. "Og dette er det evige liv, at de kender dig, den eneste sande Gud, ... osv." (Johs. 17.3).

Således er denne videnskab den mest sande, da den kommer af den højeste sandhed, den ædleste, fordi den omhandler det allerædleste emne, den mest oplyste, da den er til på grund af Guds åbenbaring, og den nyttigste, fordi den fører til det højeste gode eller til evig salighed, jf. Johs. (20.31): "Men dette er skrevet, for at I skal tro, ... og for at I, når I tror, skal have liv ... osv.". Denne videnskab udtrykkes på fire forskellige måder i overensstemmelse med de fire betydningslag, nemlig den bogstavelige og de tre åndelige betydninger: den allegoriske, den tropologiske eller moralske, og den anagogiske. For eksempel er Jerusalem ifølge den bogstavelige betydning en by i Judæa. Den samme betegnelse, dvs. samme by, henviser ifølge den allegoriske betydning til den kæmpende kirke, mens den i den tropologiske eller moralske betydning henviser til den troende sjæl og hvad den udvirker. I den anagogiske betydning er Jerusalem den triumferende kirke.

Hvis der findes andre betydningslag, forstås de som tilhørende en af de nævnte i overført betydning. Det forekommer hyppigt i evangelierne, hvor der under den bogstavelige ligger en sådan metaforisk betydning. Og man skal være klar over, at det i billedtale og ting sagt i overført betydning ikke er den umiddelbare og bogstavelige betydning, der gælder, men den, som forfatteren har i tankerne; ellers ville Bibelen være fuld af fejl og bedrag, hvilket ville være en kættersk tanke. Når det fx siges, at Gud har en hånd, en fod eller tilsvarende, er det en metafor og den betyder i bogstavelig forstand, at Gud er i stand til at udvirke og gennemtrænge alting. Hvad der her er sagt, sammenfatter jeg i disse vers:

Bogstavelig mening gengiver fakta, allegorien det, som man tror,
Den moralske betydning anviser handling, den anagogiske det, som man håber.

Hec sciencia in ueteri testamento continetur, quorum testamentorum libri sunt secundum ordinem hi: Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomum, Iosue, Iudicum, Ruth, Regum libri quattuor, Paralipomenon libri duo, Esdras, Nehemias Esdræ secundus apocryphus, Tobias, Iudith, Esther, Iob, Psalterium, Prouerbia, Ecclesiastes, Canticum canticorum, Ecclesiasticus, libri Sapiencie, Isaias, Ieremias, Baruch, Ezechiel, [B 41 r] Daniel, duodecim prophete, libri Machabeorum libri duo, quattuor euangeliste Mattheus, Marcus, Lucas, Ioannes, epistule Pauli quattuordecim Ad Romanos una, Ad Corinthios due, Ad Galatas una, Ad Ephesios una, Ad Philippenses una, Ad Colossenses una, Ad Thessalonicenses due, Ad Timotheum due, Ad Titum una, Ad Philemonem una, Ad Hebreos una, Actus apostolorum, Epistule canonice septem scilicet Iacobi una, Petri due, Ioannis tres, Iude una, Apocalypsis. Hi omnes libri dicuntur esse de canone.

De quibus Augustinus in epistula: "Solum illarum scripturarum libris qui canonici appellantur hunc honorem deferre didici, ut nullum auctorem eorum scribendo in aliquo errasse firmissime credo". Recipiuntur etiam quattuor concilia principalia Nicenum, Ephesinum, Constantino[B 41 r b]politianum et Chalcedonense sub eadem auctoritate sicut libri canonici supradicti recipiuntur. Insuper recipiuntur scripta et opuscula sanctorum patrum ut Augustini, Ambrosii et aliorum tamquam authentica de quibus omnibus habetur in corpore 'Decretorum' distinctione decima quinta per totum. Huic sacre scripture ut dicit Augustinus hoc solum tribuitur quo fides saluberrima gignitur, nutritur, defenditur et roboratur.

4 Tractatus secundus < – De fide, symbolis et fidei articulis >

[U 160] Est autem sciendum quod hoc nomen fides multipliciter accipitur scilicet pro sponsione, I ad Tim. V: "Quoniam primam fidem irritam fecerit", uel pro fide formata operante per dilectionem, ad Hebr. XI: "Fides est substantia rerum sperandarum argumentum [B 41 v] non apparencium", uel pro fide informi I Corinth.: "Si habuero omnem fidem" etc., uel pro actu credendi. Augustinus: "Fides est credere quod non uides". Item pro creditis collectis in unum. Unde Athanasius: "Hec est fides catholica", et cetera. Et sic fides idem est quod symbolum. Symbolum enim est omnium credendorum ad salutem spectantium compendiosa collectio. Unde Cassiodorus: "Quidquid per uniuersum sacrorum uoluminum corpus tam immensa diffunditur copia totum in symbolo colligitur cum breuitate perfecta".

Symbola sunt tria, scilicet apostolicum, Nicenum et Athanasicum. Duo ultima sunt ad expositionem primi. Dicitur autem a 'syn' quod est 'cum' et 'bolus' 'morsellus' uel

Denne videnskab indeholdes i Det Gamle Testamente. Begge testamenter bøger er i rækkefølge disse: Første Mosebog, Anden Mosebog, Tredje Mosebog, Fjerde Mosebog, Femte Mosebog, Josvabogen, Dommerbogen, Ruths Bog, De fire Kongebøger (Første Samuelsbog, Anden Samuelsbog, Første Kongebog, Anden Kongebog), To Krønikebøger, Ezras Bog, Nehemias' Bog (apokryft kaldet Ezras Anden bog), Tobits Bog, Judits Bog, Esters Bog, Jobs Bog, Salmernes Bog, Ordsprogenes Bog, Prædikerens Bog, Højsangen, Visdommens Bog, Siraks Bog, Esajas' Bog, Jeremias' Bog, Klagesangene, Baruks Bog, Ezekiels Bog, Daniels Bog, De Tolv Profeter, De to Makkabæerbøger, De Fire Evangelister, Mattæus, Markus, Lukas og Johannes, Fjorten Breve af Paulus: et til Romerne, to til Korintherne, et til Galaterne, et til Efeserne, et til Filipperne, et til Kolossenserne, to til Thessalonikerne, to til Timoteus, et til Titus, et til Filemon, et til Hebræerne, Apostlenes Gerninger, Syv kanoniske breve, nemlig Jakobs Brev, to Petersbreve, tre Johannesbreve, Judas brev og endelig Johannes' Åbenbaring. Disse skrifter siges at tilhøre kanon.

Om disse skrifter siger *Augustin* i et af sine breve (Brev 82): "Jeg har tillært mig kun at vise de skrifter, der kaldes kanoniske, en sådan respekt, for så vidt som jeg fuldt og fast tror, at ingen af disse forfattere har fejlet". Endvidere er der fire ur-konciler, Nikæa, Efesos, Konstantinopel og Kalkedon, der opfattes som autoriteter på linje med Bibelen. Hertil kommer også større og mindre autoritative værker af de hellige fædre *Augustin* og *Ambrosius* m.fl., netop dem, der er opført i kapitel 15 i 'Decreta' (= *Gratians Dekret*). Den hellige skrift er den eneste, der kan anses for at være stedet, hvorfra en grundlæggende sund tro fødes, næres, forsvares og bestyrkes.

4 Anden afhandling: Om troen, trosbekendelserne og trosartiklerne

Det bør vides, at dette begreb, tro, har flere aspekter, nemlig at den står for et tilsagn, 1 Tim. (5.12): "At vedkommende svigtede sin første tro", eller at den står for en tro opbygget gennem hengivenhed, Hebr. (11.1): "Tro er fast tillid til det, der håbes på, en overbevisning om det, det ikke ses.", eller for en udefineret tro, 1 Kor (13.2): "Og hvis jeg har al tro, osv.", eller den står for det at tro. Herom siger *Augustin*: "Troen er at have tiltro til noget, du ikke kan se". Den kan også stå som samlebegreb for alt det, man tror. Det siger *Athanasius*: "Dette er den katolske tro, osv." Troen er således det samme som trosbekendelsen. Trosbekendelsen er nemlig en kortfattet sammenstilling af alt det, man bør tro med henblik på frelsen. Herom siger *Cassiodor* (= *Cassian*): "Alt det som i rigt mål udpensles i den samlede bestand af alverdens teologiske bøger er sammenfattet i trosbekendelsen med fuldendt korthed".

Der er tre trosbekendelser, den apostoliske, den nikænske og den athanasianske. De to sidste er udlægninger af den første. Trosbekendelse ('symbolum') er sammensat

‘sentencia’. Apostoli namque ante suam ab inuicem separacionem symbolum componentes quilibet suam particulam posuit. He particule siue sentencie articuli dicuntur quos quidam ponunt quattuordecim, quidam secundum numerum duodecim apostolorum. Articulus [B 41 v b] secundum Isidorum est perceptio diuine ueritatis tendens
105 in ipsam. Unde non quelibet ueritas de deo potest dici articulus sed solum ille uel illa quibus fruituri sumus in patria ut est diuina maiestas uel que nos per se ducunt ad illam fruicionem ut sunt operationes dei que soli deo singulariter conueniunt ut est ministerium humanitatis Christi.

Veritas diuine maiestatis relucet in nobis in diuinarum personarum trinitate et es-
110 sencie earum unitate ita scilicet quod deus pater sit perfectus deus et filius deus perfectus et spiritus sanctus deus perfectus, et hi tres siue he tres persone sunt unus deus perfectus.

Una essencia et una substancia. Et hic est primus articulus qui tangitur in principio cum dicitur “Credo in deum unum” scilicet in essendo et substancia. In quo uerbo
115 excluditur error, quorundam gentilium et Manicheorum qui ponunt plures deos. Deuteronomius: “Audi Israel dominus deus tuus unus est”. Proinde in hoc insinuatur trinitas. Pater: in patre enim intelligitur filius et in utroque spiritus sanctus, qui est nexus amoris utriusque iuxta illud: In patre manet eternitas, in filio equalitas, in Spiritu sancto eternitatis equalitatisque connexio, qua diuine persone scilicet filius et Spiritus
120 sanctus aperte in sequentibus exprimuntur. Harum tantum pater trinitatem et trinitatis unitatem ostendit. Propheta in Psalmo dicens: “Benedicat nos deus” et cetera. “Benedicat nos deus pater”. Benedicat [U 160 v] nos deus noster, scilicet filius qui nobis natus et datus est, Isaías IX. “Benedicat nos deus Spiritus sanctus et metuant eum”, id est debitam reuerenciam latræ exhibeant ei.

125 Non dicit eos sed eum ut sicut prius expressit pater trinitatem ita postea exprimat substancie unitatem. Unum etiam clamant seraphim, Isaías VI: “Sanctus, sanctus, sanctus dominus deus sabaoth”.

Differt autem secundum Augustinum credere deo, credere deum et credere in deum, nam primum et secundum faciunt peccatores et in peccato mortali existentes. Credunt
130 enim deum esse et credunt ei secundum quod uera sunt que dicit per sacram scripturam. Sed credere in eum est per fidem operantem per dilectionem ire uel tendere in deum quod faciunt tantum boni et non illi qui sunt in peccato mortali. Propter quod dicunt aliqui quod cum tales dicunt symbolum peccant quia mentiuntur. Sed non est uerum quia cum dicunt credere in deum dicunt in persona ecclesie sicut mulier dicit: “Letatus sum”, etc. Item potest dici quod profitetur articulos fidei ut sit sensus, ‘credo in
135 deum’ id est profiteor credendum esse in deum.

Operationes que soli deo singulariter conueniunt respiciunt uel naturam uel gra-

af 'syn', dvs. 'med', og 'bolus', dvs. 'stykke' eller 'udsagn'. For apostlene bidrog med hver sin del, før de skiltes fra hinanden. Disse dele eller udsagn opregnes af nogle til at være 14, mens andre siger 12, jf. de 12 apostle. Ifølge *Isidor* er en trosartikel en forståelse af den guddommelige sandhed og den stræber mod denne sandhed. Derfor kan ikke et hvilket som helst sandt udsagn om Gud siges at være en trosartikel, men kun den artikel eller sandhed, som vi skal nyde godt af i det himmelske fædreland, for så vidt som det er den guddommelige storhed eller de ting, som fører os til at nyde godt af den, dvs. Guds gerninger, som alene tilkommer Gud, fx Kristi tjeneste gennem sin menneskelige natur.

Sandheden om den guddommelige storhed skinner i os i de guddommelige personers Treenighed og deres væsens enhed, således nemlig at Faderen er fuldkommen Gud, Sønnen fuldkommen Gud, og Helligånden fuldkommen Gud. Og disse tre, eller snarere disse tre personer er én fuldkommen Gud.

Én essens og én substans. Og dette er den første artikel, som berøres i begyndelsen af trosbekendelsen, når der siges: "Jeg tror på én Gud", nemlig i essens og substans. Med dette udsagn udelukkes visse hedninges og manikærernes fejltagelse, idet de hævder, at der er flere guder til. 5 Mos. (6.4): "Hør, Israel, din Gud og Herre er én." Endvidere omfavnes Treenigheden således: I Faderen medforstå Sønnen, og i begge Helligånden, som er kærligheden, der forbinder de to. Det kan også udtrykkes således: I Faderen forbliver evigheden, i Sønnen retfærdigheden, i Helligånden forbindelsen mellem evighed og retfærdighed, en forbindelse gennem hvilken guddommelige personer, dvs. Søn og Helligånd, åbenlyst udtrykkes i deres sammenhæng. Faderen er den, som viser de tre personers treenighed og treenighedens enhed. Profeten siger i Sl. (67.8): "Gud velsigne os", osv. "Gud fader velsigne os". Ja, velsign os Gud, nemlig Sønnen, som er os født og givet, Es. (9.5). "Velsign os Gud Helligånd og lad os frygte ham" (Sl. 67.8), dvs. at man skal vise ham skyldig religiøs respekt.

Han taler ikke om Gud i flertal, men i ental, for at Faderen, ligesom han først udtrykte Treenigheden, derefter kan udtrykke Treenighedens væsensenhed. Endelig tiljubler seraferne én Gud, Es. (6.3): "Hellig, hellig, hellig er Herren, hærskarernes Gud".

Ifølge *Augustin* er der forskel på at have tillid til Gud, at tro at Gud er til og at tro på Gud. Det første og det andet kan nemlig også mennesker, der befinder sig i dødssynd, gøre. De tror nemlig at Gud er til, og de har tillid til ham i henhold til, at det, som han siger gennem Bibelen, er sandt. Men at tro på ham er at gå eller stræbe mod Gud gennem en aktiv tro og hengivenhed, og det gør kun de gode og dem, der ikke befinder sig i dødssynd. Derfor siger nogle, at sådanne mennesker synder, når de fremsiger trosbekendelsen, fordi de lyver. Men det er nu ikke sandt, for når de siger, at de tror på Gud, siger de det som medlem af kirken, ligesom kvinden siger (Sl. 122.1): "Og jeg blev glad (da de sagde til mig: Lad os drage til Herrens hus), osv." Ligesådan kan det siges, at det at bekende trosartiklerne i trosbekendelsen gøres i den mening, at 'Jeg tror på Gud', dvs. at jeg bekender, at det er godt at tro på Gud.

De gerninger, som ene og alene hører sammen med Gud, kan henføres til enten

ciam uel gloriam. Si naturam quam de nihilo creauit, ponitur secundus articulus de creacione cum dicitur “creatorem celi”, et cetera. Ipse enim creauit celum et terram,
 140 mare et omnia que in eis sunt. Si respicit gratiam hoc erit uel ad ecclesie fundacionem uel ad ecclesie renouacionem. Racione primi ponitur tercius articulus cum dicitur “in spiritum sanctum”, deum explicite ut supra dictum est, implicite et per ipsum siue eius dona sibi specialiter attributa institutiua et constitutiua sanctam ecclesiam, id est mundam congregacionem non habentem rugam neque maculam. Ephes. V. “Catholicam”,
 145 id est, uniuersalem ecclesiam. “Sanctorum communionem” id est eorum qui communicant eadem sacramenta et dei dona hominem gratificancia. Psalmus: “Ipse” namque “fundauit eam”, ecclesiam scilicet, “altissimus”.

Racione renouacionis ponitur quartus articulus cum dicitur: “Remissionem peccatorum”, sup[B 42 r b]ple: ‘credo per deum, siue per Spiritum sanctum ecclesie’. Nemo enim potest dimittere peccata nisi solus deus. Isai. XLIII: “Ego sum qui deleo peccata”.
 150

Ad hos duos articulos ultimos referuntur omnia sacramenta, precepta et dei dona que non tanguntur in aliquo alio articulo speciali. Si autem respicit gloriam quam deus est suis daturus, hoc erit uel per gloriosam resurrectionem et sic ponitur unus articulus ibi: “Carnis resurrectionem” credo scilicet futuram per deum. I ad Corinth. XV: [U 161]
 155 “Omnes quidem resurgemus”, et cetera, uel per beatitudinem in patria et sic sextus articulus qui ponitur: “in uitam eternam” credo dandam per deum. Ioan. X: “Ego uitam eternam do eis”. Non enim possumus uitam eternam mereri ex condigno, quia non sunt condigne passionis huius temporis ad futuram gloriam que reuelabitur in nobis. Huius autem glorie et eterne uite participes sunt angeli sancti et anime racionales. De quibus
 160 dicetur infra im[B 42]mediate post distinctionem articulorum.

Articuli pertinentes ad mysterium humanitatis Christi sunt sex, uidelicet de filii dei incarnatione que notatur, ubi dicitur conceptus de Spiritu sancto natus ex Maria uirgine. Licet tota trinitas operata est incarnationem tamen attribuitur Spiritui sancto cui inter diuinas personas attribuitur bonitas et clemencia, nam illud opus fuit summe benignitatis. Tit. III: “Apparuit benignitas et humanitas saluatoris nostri dei” etc.
 165 Veruntamen propter hoc Spiritus sanctus non dicitur pater filii nec etiam tota trinitas dicitur pater filii sed solus pater. Et sicut deus et homo sunt una persona ita etiam filius dei et filius uirginis est unus filius. Secundus articulus est de passione quod notatur ibi: “passus”. Ubi [B 42 v b] notatur passio, iudex: “sub Pontio Pilato”, modus passionis:
 170 “crucifixus”, finis: “mortuus et sepultus”. De primo Isaias: “Tamquam ouis ad occisionem ducetur”. Petrus: “Christus passus est pro nobis” etc. De secundo Apostolus: “Tradebat autem iudicanti se iniuste”. De tertio Sapientie II: “Morte turpissima condemnemus eum”, Phil. II: “Factus est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis”. De quarto

natur, nåde eller ære. Hvis det drejer sig om virke i naturen, som Gud skabte ud af intet, falder det ind under anden trosartikel om skabelsen, når det siges: "Himlens skaber, osv." Gud skabte nemlig himlen og jorden og alt, hvad der er i dem. Hvis det drejer sig om nådesgerning, vil det have noget at gøre med enten kirkens grundlæggelse eller fornyelse. Med hensyn til det første formuleres tredje trosartikel, at jeg tror "på Helligånden", dvs. i direkte betydning på Helligånden som Gud, som det er sagt ovenfor, og i indirekte betydning også på den hellige kirke, som er dannet netop gennem Helligånden eller gennem hans gaver, som stod for grundlæggelsen og indretningen af kirken, dvs. den rene forsamling af troende, som ikke er anløbet eller er plettet. Ef. 5. "(Jeg tror på) den katolske kirke", dvs. den universelle kirke. "(Jeg tror på) de helliges samfund", dvs. dem som deler de samme sakramenter og Guds gaver til gavn for mennesket. For Salmen (87.5) siger: "Den Højeste grundfæstede den selv", nemlig kirken.

Med hensyn til fornyelsen fra synd finder vi den fjerde artikel, nemlig når der siges: "(Jeg tror på) syndernes forladelse", og tilføj, 'det tror jeg sker gennem Gud, eller gennem kirkens Hellige Ånd'. Ingen udtagen Gud kan nemlig eftergive synd. Es. (43.25): "Der er kun mig, der sletter dine overtrædelser".

Alle sakramenterne henholder sig til de sidste to artikler, til de ti bud og til Guds gaver, som ikke berøres i en anden speciel artikel. Hvis det drejer sig om den ære, som Gud tildeler sine egne, så er nærmest udtrykt gennem den storslåede opstandelse, og herom står der en enkelt artikel, nemlig "(jeg tror på) kødets opstandelse", som vil indtræde ved Guds virke. 1 Kor. 16.51: "Vi vil alle opstå, osv." Det kan også være udtrykt gennem saliggørelsen i det himmelske fædreland, og således trosartiklen: jeg tror på "det evige liv", som vil blive skænket ved Guds virke. Johs. 10.28: "Jeg giver dem evigt liv". For vi kan nemlig ikke gøre os fortjente til evigt liv på baggrund af eget værd, for denne verdens lidelser modsvarer ikke den fremtidige storhed og ære, som vil åbenbares i os. Det er de hellige engle og de erkendende sjæle, som har del i denne storhed og det evige liv. Det vil jeg sige mere om nedenfor, lige efter gennemgangen af trosartiklerne.

Der er 6 trosartikler, som beskæftiger sig med mysteriet om Kristi menneskelighed og inkarnationen af Guds søn, som man genkalder sig, hvor det siges, at han er undfanget ved Helligånden af jomfru Maria. Skønt hele Treenigheden udvirker inkarnationen, tilskrives den Helligånden, som blandt de guddommelige personer tilskrives godhed og mildhed. Udvirkelsen af inkarnationen var nemlig det højeste mål af velvillighed. Tit. 3: "Guds, vor frelsers, godhed og kærlighed blev åbenbaret, osv." Men dog kaldes Helligånden ikke for 'Sønnens Fader'. Heller ikke hele Treenigheden kaldes 'Sønnens Fader', men blot 'Fader'. Og ligesom Gud og menneske udgør en person, således er også Guds søn og jomfruens søn én og samme søn. Den anden trosartikel handler om lidelsen, som bekendes, hvor det siges "og som har lidt". Hvor lidelsen bekendes, nævnes også dommeren: "under Pontius Pilatus". Og også måden, han led på, nævnes, "korsfæstet", og hans endeligt: "død og begravet". Om det første skrev Es. (53.7): "Som et lam, der føres til slagting". 1 Pet. (2.21): "Kristus led for os, osv." Om det andet skrev Apostlen (1 Pet.

Matth. VII: "Iesus uoce magna clamans emisit spiritum".

175 Unde in Act. "deponentes eum de ligno". Ioan. XIX cum accepisset acetum dixit
"Consummatum est". Tercius articulus est de liberatione patrum in limbo qui notatur
ibi: "Descendit ad inferna", hoc est anima Christi unita diuinitati que corpore iacente
in sepulcro descendit ad inferna, non ad puteum eternaliter damnatorum, non ad cru-
ciatum purgandorum, non ad limbum puerorum sed tantum ad limbum patrum [B 43
180 r] siue sinum Abrahe. Hec enim dicuntur quattuor loca uel sinus inferni. Descendit ad
liberandum patres non de loco forte mutando, sed lumen diuine claritatis ostendendo
quia in suo [U 161 v] lumine uiderunt lumen. Quartus articulus est de resurrectione.
"Tercia die resurrexit a mortuis", quod intelligendum est per synecdochen ut ponatur
pars pro toto, quia pars sexte ferie ponitur pro toto id est una naturali die et similiter
185 sabbatum cum sua nocte pro secunda die naturali. Pars dominice diei ponitur pro tota
die tertia naturali. Quintus articulus est de ascensione. "Ascendit ad celos" etc. Paten-
ter, Luc. ultimo: "Videntibus illis eleuatus" etc. Potenter, Isaias: "Gradiens in multitu-
dine fortitudinis sue". Glorianter, Psalm.: "Ascendit deus in iubilatione" etc. "Sedet ad
dexteram patris", id est in excellentissima [B 43 r b] gloria patris quia tunc glorificatus
190 est deus et homo claritate quam habuit deus dei filius ante secula. Sextus articulus est
de ultimi iudicii examinatione. Inde, id est de celo uenturus est in mundum inferiorem
in aerem super montem oliueti. "Iudicare uiuos et mortuos", id est bonos et malos.

Hos duodecim articulos his uersibus comprehendo:

195 Sunt pater et natus, flamen deus et deus unus.
Hic creat et fundat, laxat reuelatque coronat.
Nascitur et patitur, soluit, surgit, uolat, audit.

5 <Tractatus tercius – De angelis et animabus>

200 Iam de his que supra promisimus scilicet de angelis et animabus aliquid est dicen-
dum. Angelice nature quattuor dicuntur attributa ab initio scilicet essencie simplicitas,
rationis perspicuitas, arbitrii libertas et personalis [B 43 v] discretio. Angelorum autem

183 per synecdochen] sinodothen *U* : per sino dochen *B* : secundum synecdochen *Walz*

2.23): "Han overgav sig til den, der dømte uretfærdigt". Om det tredje led, Visdommens bog 2.20: "Vi vil idømme ham den skændigste straf", og Fil. (2.8): "Han var lydig ind til døden, ja, døden på et kors." Og om det fjerde led, Mat. 27.50: "Han råbte med høj røst og opgav ånden".

Derfor hedder det i ApG (13.29): "de tog ham ned fra korset", i Joh. (19.30), da han havde fået eddiken, sagde han: "Det er fuldbragt". Den tredje trosartikel handler om befrielsen af de retfærdige i limbo, som markeres her: "og nedsteg til dødsriget". Dvs. at Kristi sjæl, forenet med guddommelighed, fra legemet, der lå i graven, nedsteg til dødsriget, ikke til den sump, hvor de evigt fordømte opholder sig, ikke til skærsildens pinsler, ikke til de udøbte børn i limbo, men kun til de retfærdige hednings limbo, der også kaldes Abrahams skød. Det er nemlig disse fire afdelinger eller regioner i Dødsriget. Han steg ned for at befri fædrene, ikke ved at fjerne dem fra stedet, men ved at oplyse dem at åbenbare den guddommelige klarheds lys, for i hans lys så de lyset. Den fjerde artikel vedrører opstandelsen: "opstod på den tredje dag fra de døde", hvor 'dag' skal forstås i overført betydning, idet et enkelt element repræsenterer helheden. En del af fredagen regnes for den hele dag, og ligesådan udgør lørdag dag og nat den anden hele 'naturlige dag'. En del af søndagen regnes for den tredje naturlige dag. Den femte artikel handler om himmelfarten: "og opfor til himlen, osv." Det er åbenlyst udtrykt hos Lukas i det sidste kapitel (= ApG. 1.9): "Og mens de så på det, blev han løftet op, osv." Dette er kraftfuldt udtrykt hos Es. (63,1): "Han skrider frem i sin vældige kraft." Og det udtrykkes storladent i Sl. (47.5): "Gud drager op under jubelråb, osv." Og videre hedder det: "han sidder ved Faderens højre hånd", dvs. i Faderens altoverskyggende storhed, for på det tidspunkt blev han herliggjort, som Gud og som menneske, som den Guds søn, Gud havde fra før tidernes begyndelse. Den sjette trosartikel handler om udprøvningen på Dommedag. "Hvorfra", dvs. at han vil komme til den nedre verden, i luften over Oliebjerget. "For at dømme de levende og de døde", dvs. de gode og de onde.

Disse 12 trosartikler sammenfatter jeg i følgende vers:

Fader, Søn og Helligånd er Gud, én Gud,
som skaber og grundlægger, stækker sig ud, åbenbarer og bekranser,
som fødes og lider, bryder lænker, opstår, farer til himlen og hører.

5 Tredje afhandling: Om engle og sjæle

Nu skal jeg sige noget om det, jeg har lovet tidligere, nemlig om engle og sjæle. Der er fra begyndelsen fire kendetegn knyttet til englenes natur, nemlig enfoldigt væsen, klar tanke, dømmekraft og individualitet. Nogle engle er gode, nogle onde. De gode, som er

alii sunt boni, alii mali. Boni qui a deo creati sue creacionis confirmacionem humiliter exspectabant. Mali ut lucifer et qui cum eo consenserunt.

205 Angelus autem bonus sic definitur a Damasceno: "Angelus est substantia intellectualis semper mobilis arbitrio libera incorporea deo ministrans gracia non natura immortalitatem suscipiens". Substantia ponitur ad differenciam accidencium. Intellectualis ad differenciam racionalitatis que est in hominibus. Semper mobilis arbitrio libera ad differenciam sensibilibus. Incorporea ad differenciam uegetabilium et pure corporalium. Deo ministrans ad differenciam malorum angelorum siue demonum. Gracia
210 non natura immortalitatem suscipiens ad differenciam dei qui ex [B 43 v b] nullius dono habet esse uel immortalitatem sed a se ipso siue ex sua natura.

[U 162] Bonorum angelorum tres distinguuntur hierarchie scilicet suprema que dicitur 'ephiphonia', media que dicitur 'hyperphonia' et infima que dicitur 'hypophonia'.
215 Et dicitur hierarchia a 'hierar' quod est 'sacrum' et 'archos' 'principatus', quasi sacer principatus. Et definitur a Dionysio: "Hierarchia est ordo diuinus sciencia et actione deiformis quantum possibile est deo similans et adiudicans ei diuinitus illuminationes proportionaliter in dei similitudinem ascendens". Et nota quod tria ponit scilicet ordinem siue ordinatam potestatem, scienciam et actum, quorum nullum sine altero ualet ad
220 ascensum in dei similitudines. Quelibet autem hierarchia tres habet ordines.

Suprema habet seraphin cherubin [B 44 r] et thronos, media habet dominaciones principatus potestates, infima uirtutes archangelos et angelos. Ordo est multitudo spirituum celestium qui inter se aliquo munere gracie simulantur, sicut et in naturalium bonorum participacione conueniunt. De horum omnium differencia cognicione locutione motu loco et causis similibus require in 'Breuiario'. Boni itaque angeli confirmati
225 sunt in bono quod non possunt malum uelle nec mali fieri et dicuntur a Platone 'caldemones' id est boni scientes. Mali autem angeli dicuntur a Platone 'cacodemones' id est mali scientes quia ita obstinati sunt in malicia quod non possunt bonum uelle nec boni fieri. Est autem in eis triplex malum scilicet furor irrationabilis, amens concupiscencia et phantasia proterua. Prestant etiam alii [B 44 r b] aliis et diuersi diuersis uiciis
230 ad que homines trahere nituntur. Et sicut cuilibet homini datur unus angelus bonus in custodiam sic unus malus permittitur in exercitium. Duodecim bona que nobis faciunt angeli his uersibus comprehendo:

235 Solatur stimulat docet offert excitat arcet
Ostendit remouet sanat iuuat increpat orat.

Anima secundum Aristotelem est actus siue forma uel perfectio corporis organici

skabt af Gud, står i begreb med ydmygt at afvente bekræftelsen på deres skabelse. De onde er som Lucifer og alle dem, der er på hans side.

Johannes fra Damaskus definerer den gode engel således: "En engel er en intelligent eksistens (substans), altid bevægelig og fri i dømmekraft, uden krop, i Guds tjeneste, som ved nåden, og ikke af natur, har modtaget udødelighed." Eksistens (substans) bruges her i modsætning til egenskaber (accidens). Intelligent bruges for at betegne en forskel fra den menneskelige fornuft. Altid bevægelig og fri til at bedømme forskellighed i sansbare ting. Kropsløs til forskel fra væsener, der er til i den fysiske verden og er rent kropslige. I Guds tjeneste, for at tydeliggøre forskellen fra de onde engle eller dæmoner. Udødelige ved nåde, og ikke af natur, for at betone forskellen fra Gud, som ikke har modtaget udødelighed som gave fra en anden, men fra sig selv eller af sin egen natur.

De gode engle står i et tredelt hierarki, nemlig det øverste lag, som kaldes 'epifoni', det mellemste lag, som kaldes 'hyperfoni', og det nederste lag, som kaldes 'hypofoni'. Ordet hierarki er afledt af 'hierar', som betyder hellig, og 'archos', dvs. 'styre', altså helligt styre. Her er også (Ps.-)Dionysius' definition: "Hierarki er en guddommelig struktur, som er lig med Gud i sin viden og handling, for så vidt som det efterligner Gud og dømmes som Gud, og trin for trin nærmer sig lighed med Gud." Bemærk, at dette medfører tre ting, nemlig struktur eller struktur-kraft, viden og handling, hvilke tre ting er gensidigt nødvendige for kunne nærme sig lighed med Gud. Og hvert af disse hierarkier har tre ordner under sig.

Den øverste orden omfatter serafer og keruber og de såkaldte 'troner'. Den mellemste omfatter herredømmer, overhøjheder og magter. Den nederste orden omfatter dyder, engle og ærkeengle. En orden er en samling af himmelske ånder, som ligner hinanden ved hver især at have fået en nådegave, og således er de fælles om at tage del i de naturlige goder. Find mere om deres yderligere forskelligheder i kendetegn, betegnelse, bevægelse, opholdssted og den slags ting i mit 'Breviarium (theologie sciencie)'. Kort sagt er de gode engle fastholdt i det gode, fordi de ikke kan have ond vilje eller blive onde, og de kaldes også 'kaleidaimones' af *Platon*, dvs. de som kender til det gode. De onde engle kaldes derimod 'kakodaimones' af *Platon*, dvs. de som kender til det onde, fordi de er så fastgroet i ondskab, at de ikke kan ville noget godt eller blive gode. Der er hos dem et tredobbelt onde, nemlig utæmmelig vildskab, afsindigt begær og en skamløs fantasi. Den ene overgår den anden i laster, som de bestandigt forsøger at lokke menneskene ind i. Og ligesom der til hvert eneste menneske er givet en engel til beskyttelse, således blev det tilladt at hver fik en ond med henblik på at holde sig i træning. De tolv goder, som englene udvirker for os, sammenfatter jeg med disse vers:

Trøster, opmuntrer, lærer, tilbyder, opildner, ansporer,
viser, bortfjerner, helbreder, gavner, tilråber, beder.

Sjælen er ifølge *Aristoteles* det organiske og fysiske legemes handlekraft, form eller

physici uitam habentis in potencia. Hec definitio eque conuenit anime sensitue ut ra-
240 cionali et magis. Anima autem rationalis definitur sic ab Isaac in libro 'De motu cordis':
"Anima est substantia intellectiua incorporea illuminacionum que a primo sunt ultima
relacione perceptiua". [U 162 v] Ipsa enim [B 44 v] ultimum locum tenet in intellecti-
uis. Non enim habet inditam sibi noticiam omnium rerum sicut intelligencie separate
siue angeli sed oportet eam species a corporeis sensibus suscipere et de uno in aliud
245 discurrendo ratiocinari et sic intelligere.

Habet uero anima rationalis tres potencias: uegetatiuam, sensituiam et intellec-
tiuam. Partes siue potencie uegetatiue sunt nutritiua, augmentatiua, generatiua. His
tribus deseruiunt attriectiua, receptiua, digestiua, expulsiua. Sensitiue partes sunt ap-
prehensiua et motiua. Apprehensiua est duplex scilicet exterior que habet quinque sen-
250 sus exteriores quibus rerum species et res ipsas comprehendit. Qui sunt uisus, auditus,
gustus, tactus, olfactus siue odoratus. Interior apprehensiua similiter habet quinque
sensus interiores qui sunt sensus communis, imaginacio, phantasia [B 44v b] et memo-
ratiua, motiua. Motiua sensitue similiter est duplex una que imperat motum ut appet-
itiua et dicitur sensualitas et comprehendit concupiscibilem et irascibilem. Altera que
255 exsequitur motum que est sita in musculis et neruis.

Intellectiue etiam due sunt partes scilicet apprehensiua et motiua. Apprehensiua
intellectiue diuiditur in intellectum agentem et possibilem. Et possibilis distinguitur in
intellectum speculatiuum et practicum, quibus non sunt diuerse potencie sed diuersi
actus eiusdem potencie. Motiua intellectiue est uoluntas et liberum arbitrium, que non
260 sunt diuerse potencie sed nominant diuersos actus eiusdem potencie. Synderesis no-
minat habitum, consciencia actum et similiter reminiscencia nec sunt potencie. ratio
superior et inferior sunt una potencia et secundum actus binominantur. Potencia [B
45 r] anime est proximum principium operacionis eius. Apprehensiue actus est intelli-
gere, obiectum eius uerum, perfectio est sciencia, imperfectio ignorancia. Motiue siue
265 affectiue actus est diligere, obiectum eius bonum, perfectio uirtus, imperfectio uicium
siue peccatum.

6 <Tractatus quartus – De gracia et eius differentiis>

Gracia dicitur tripliciter scilicet generaliter, specialiter et proprie. Generaliter quo-

241 illuminacionum] B : illuminationem Walz

fuldkommengørelse, når det har livet i sin magt. Denne definition harmonerer ligeledes med den sensitive sjæl, for så vidt som den er forstandig m.m. Den fornuftige sjæl defineres af Isak (= englænderen Alfred of Sareshel) i hans bog 'Om hjertets bevægelse': "Sjælen er en intelligent eksistens uden krop, der kan opnå erkendelser, der regnet fra begyndelsen står i det fjerneste forhold." Sjælen er nemlig selv placeret på det nederste trin blandt alle intelligente størrelser. For den har ikke et indbygget kendskab til alle ting, som selvstændige intellekter eller engle har det, men det ser ud til, at sjælen modtager billeder fra de kropslige sanser og så at sige forstår ting ved logiske slutninger fra det ene til det andet.

Den rationelle sjæl har følgende 3 kompetencer: den vegetative, den sensoriske og den intellektuelle. Den vegetative kompetence er igen opdelt i 3 dele, nemlig den som kan tage næring til sig, den som kan vokse, og den som kan reproducere. Disse tre assisteres af evnen til indsamle føde, optage den, fordøje den og udstøde resterne. Den sensoriske kompetence opdeles igen den opfattende og den bevægende. Den sensorisk opfattende er todelt, nemlig i den ydre, som omfatter de fem ydre sanser, gennem hvilke tings former og selve tingene forstås. Det drejer sig om synet, hørelsen, smagssansen, følesansen og lugte- eller duftsansen. De indre opfattende kompetencer er også 5 i tal: almen erfaring, fantasi, forestillingsevne, erindringen og det bevægende. Det bevægende er igen todelt, en del som styrer emotioner for så vidt som den er lystbetonet og kaldes sanselig og omfatter begær og tilbøjelighed til vrede. Den anden er den, som styrer kroppens bevægelser og findes i muskler og nerver.

Den opfattende intellektuelle kompetence er opdelt i det handlende intellekt og det potentielle. Og det potentielle inddeles igen i det spekulative og det praktiske. Derfor er der dog ikke to forskellige kompetencer, men forskellige handlinger affødt af samme kompetence. Den bevægende intellektuelle kompetence er hensigt og den fri vilje, som ikke er to forskellige kompetencer, men som man kalder to forskellige handlinger affødt af samme kompetence. 'Synteresis' lægger navn til levemåde og samvittigheden, der styrer ens handlinger, og ligeledes erindringen, men de er dog ikke kompetencer. Den højere og lavere fornuft er én kompetence, som i henhold til deres virkning betegnes med to forskellige termer. Sjælens kompetence er udgangspunktet for dens virke. Den opfattende kompetences handling er at forstå, dens virkefelt er sandheden, dens fuldkommengørelse er videnskab, og dens ufuldkommenhed er uvidenhed. De bevægende kompetences handling er at elske, dens virkefelt er det gode, dens fuldkommengørelse er dyd, og dens ufuldkommenhed er last eller synd.

6 Fjerde afhandling: Om nåden og dens distinktioner

Nåde benævnes på tre måder: overordnet, specifikt og egentligt. Overordnet er nå-

dlibet donum dei quod datur homini siue ut sit siue ut bonum sit. Specialiter quodlibet
270 donum dei quod datur homini ad excellentius bonum obtinendum in se uel in alio. Et
hec gracia dicitur gratis data. Proprie quodlibet donum dei quod datur homini ut gra-
tus sit deo et opus eius gratum deo reddatur. De his I ad Corinth. XV: "gracia dei sum
id quod sum", quantum ad primam, "et gracia eius in me uacua non fuit", quan[B 45 r
b]tum ad secundam graciā, "et gracia eius semper in me manet, quantum ad terciam".
275 Et de graciis gratis datis enumerat [U 163] apostolus nouem differencias I ad Corinth. XII
"Diuisiones graciārum sunt".

Alii quidem datur per spiritum sermo sapiencie, alii sermo sciencie, alii fides, alii
gracia sanitarum, alii operatio uirtutum, alii prophetia, alii discretio spirituum, alii ge-
nera linguarum, alii interpretatio sermonum. Hec autem omnia operatur unus atque
280 idem spiritus diuidens singulis prout uult.

Quas gracias his uersibus comprehendo:

Cor mouet ut pareat Christo data gracia gratis.
Scit sapit et credit sanat uirtute quod claret,
285 Prophetat, cor discernit, linguas dat et interpretatur.

Et nota quod aliter accipitur hic sapientia et scientia quam in septem donis Spiri-
tus sancti principalibus. Et fides hic posita non notat uirtutem theologicam sed no[B
45 v]tat plenam noticiam de credibilibus scibilibus et sapibilibus. Secundum aliquos
290 duo prima pertinent ad plenam cognitionem uite contemplatiue et actiue, tria con-
sequencia ad plenam confirmationem fidei, quattuor ultima ad plenam probationem
utriusque.

Miraculum secundum Augustinum in libro 'De utilitate credendi' est opus arduum
et insolitum preter spem et facultatem consistens admirantis. Est autem miraculum
295 uel contra uel supra uel preter cursum nature siue ordinem uirtute diuina. Aliquando
dat deus potenciam ad actum qui est contra cursum nature ut solem recurrere et mare
diuidi. Aliquando dat potenciam ad actum qui est supra cursum nature ut uirginem
parere. In quibus res in qua fit miraculum nihil affert nisi potenciam passiuam siue
obedienciam. Aliquando dat potenciam ad actum naturalem ut in illuminatione ceci
300 [B 45 v b]. Aliquando remouens impedimenta ut possit operari natura, ut in curatione
februm et hec duo sunt preter naturam.

Prophecia est inspiracio uel reuelatio diuina rerum euentus immobili ueritate de-

den en hvilken som helst Guds gave, som gives mennesket, hvad end det så er, eller om det er et gode. Specifikt er nåden en hvilken som helst Guds gave, som gives mennesket for at opnå en større grad af godhed i sig selv eller uden for sig selv. Om denne nåde ('gratia') siges, at den gives 'gratis'. Egentlig er nåde en hvilken som helst Guds gave, der gives mennesket, for at det skal være taknemmeligt ('gratus') over for Gud og kan kvittere med en handling, som er Gud kær ('gratum'). 1 Kor. (15.10): "Men af Guds nåde er jeg, hvad jeg er, (dvs. mht. første punkt) og hans nåde imod mig har ikke været forgæves (mht. det andet punkt), og hans nåde forbliver altid i mig (mht. det tredje punkt)." Og om nådegaver givet for intet opregner Paulus i Første Korintherbrev (12.4-10) ni kategorier: "Der er forskel på nådegaver, osv."

Ved ånden gives der til én at tale med visdom, til en anden at tale med viden, én får troens gave, en anden at være ved godt helbred, én får evne til gode gerninger, én får profetiens gave, én kan skelne mellem ånder, en anden mellem sprog, og endelig får én gaven at kunne fortolke udsagn. Men alle disse ting udvirker én og samme Ånd, der fordeler gaverne, som den nu vil.

Disse nådegaver sammenfatter jeg med følgende vers:

Nåden gi's gratis og bevæger hjertet, så det adlyder Kristus.
Nåden har viden og tror, helbreder, og stråler med dyd,
profeterer, finder hjertets vej, gi'r sprog og fortolkning.

Tre af sakramenterne, nemlig dåb, konfirmation og ordination, gentages ikke, fordi der gennem dem indstemples et mærke i sjælen. Dette mærke er et uudsletteligt, åndeligt tegn, som ved sakramentets kraft er fæstnet til sjælen, og herved skelnes de troende fra de ikke-troende.

I forhold til de syv dyder kan man opstille det system, at dåben særligt er troens sakramente, den sidste salvelse er håbets, nadveren er kærlighedens, konfirmationen er modets, boden er retfærdighedens, ordinationen er visdommens, og endelig er ægteskabet selvbeherskelsens sakramente. Sammenholdt med dødssynderne kan man sige, at dåben virker mod overmod, nadveren mod misundelse, den sidste salvelse mod vrede, konfirmationen mod ligegyldighed, ordinationen mod grådighed, boden mod frådseri, og ægteskabet mod vellevned.

Hvert af NT-sakramenterne, som gennemføres højtideligt, har fire forudsætninger: a) den rigtige fysiske genstand, b) den korrekte formulering, c) en autoriseret sakramentsforvalter, og d) det rette sindelag.

Dåben er indgangsdør til alle sakramenterne og den er højst nødvendig. Intet af de øvrige sakramenter kan med rette gives før dåben. Dåben har tre aspekter, nemlig flod (vand), ånd (nåde) og blod (lidelse). Af disse tre er kun flod det egentlige sakramente. De to sidste kaldes blot dåb, fordi de har den samme virkning mht. annullering af skyld og straf. Men den første kan beskrives således: Dåben er gennemvædning med vand, der er helliggjort ved livets ord, eller: Dåben er en afvaskning af legemet gennemført ved en foreskrevet ordfølge. Den fysiske ting forbundet med dette sakramente er vand, og dåben kan ikke gennemføres undtagen med vand, som er en væske, alle har adgang til; der kan ikke anvendes mindre vand, end det der skal til for at hælde det ud over hovedet. Den autoriserede formel er følgende: "Jeg døber dig i Faderens, Sønnens og Helligåndens navn. Amen". Men det udtrykte personlige stedord 'Jeg', og heller ikke det afsluttende 'Amen', er principielt nødvendige i den latinske formel. Dåbshandlingen har to resultater eller virkninger: a) den indre renselse fra synd, især fra arvesynden, og b) et blivende aftryk på sjælen.

Konfirmationen er salvelsen med krisma ved biskoppens hånd til åndelig styrkelse under fremsigelsen af en bestemt formel. Dette sakramentes genstand er krisma, dvs. en salve som fremstilles af olivenolie og velduftende balsam, der er velsignet og indviet af biskoppen. Olivenolie symboliserer samvittighedens glans og barmhjertighedens fedme, mens balsam forbindes med duften af et godt omdømme. Formlen for meddelelsen af konfirmationen er følgende: "Jeg betegner dig med korsets tegn, og jeg bekræfter dig

ti est solus pontifex, effectus plenitudo gratie date et ad audaciam profitendi Christum
et characteris impressio. Et decens est ut confirmandus offeratur ieiunus ieiuno et non
910 a seipso offeratur sed ab alio et caput seruet a locione septem diebus.

Sacramentum eucharistie est corporis et sanguinis Christi sub forma rerum uisi-
bilium per mysterium ad hoc constitutum fidelibus facta collatio. Huiusmodi sacra-
menti materia est panis de frumento sine fermento et uinum non in acetum corrup-
tum sed uinum aqua mixtum. Forma uerborum hec est: "Hoc est corpus meum et hic
915 est calix sanguinis mei noui et eterni testamenti mys[B 62 r]terium fidei qui pro uobis
et pro multis effundetur in remissionem peccatorum". Hoc instituit Iesus Christus in
cena a suis recessurus et est sacramentum suauissime communionis quo Christo uni-
mur et suis. Species uini et panis sunt sacramentum exterius signans corpus Christi
uerum et sanguinem. Et ipsum corpus Christi uerum signat corpus Christi mysticum
920 id est coniunctionem capitis et membrorum omnium. Hoc sacramentum indigne sci-
licet cum consciencia mortalis peccati accipiens peccat mortaliter. Huius dispensator
est solus sacerdos nec debet sumi nisi a ieiunis nisi in necessitate. Hoc sacramentum
est sacramentum sacramentorum.

Dicuntur autem [B 62 r b] sacramenta sibi inuicem quedam maiora esse et quedam
925 minora diuersis rationibus que tanguntur his uersibus:

Maiores in effectu baptismus, corpus in esse,
Coniugium signo, maiori chrisma ministro.

930 Sumitur autem corpus Christi et sanguis non sub propriis speciebus uel formis sed
alienis triplici ratione que tanguntur his uersibus:

Sumitur occulte Christus ne sit tibi stulte
Horror uel risus, sit quia lucrosa fides.

935 In sacramento debet aqua que signat populum poni in calice sed ita parua ut a uino
[U 173] possit absumi.

Penitencia est mala preterita plangere et plangenda iterum non committere, id est
nolle iterum committere. Et dicitur [B 62 v] penitencia quasi pena tenax quia est sem-
940 per in hac uita tenenda. Cuius actiones sunt tres. Prima que fit ante baptismum quasi
preparacio. Secunda post baptismum scilicet de uenialibus. Tercia de mortalibus. Item
tres sunt eius species scilicet solemnis, publica et priuata. Item tres sunt eius partes
scilicet contritio, confessio, satisfactio. Contritio est dolor uoluntarius semper in se pu-

936 aqua] U : <uino misceri> aqua Walz

ved salvens frelsende kraft i Faderens, osv. Amen.” Det er kun en biskop, der kan uddele dette sakramente, og dets virkninger er a) modtagelse af nådens fylde, b) et blivende aftryk på sjælen med henblik på mod til at bekende Kristus. Det er passende, at den, der skal konfirmeres, præsenterer sig fastende for en fastende biskop, at konfirmanden præsenteres af en fadder, og at man ikke vasker sit hoved de næste 7 dage.

Nadverens sakramente er uddeling til de troende af Kristi legeme og blod under skikkelse af synlige ting, indstiftet gennem et mysterie beregnet til dette. Dette sakramentes genstande er ugæret brød og vin, der endnu ikke er blevet sur, men god vin blandet med vand. Den korrekte formel er denne: “Dette er mit legeme og dette er kalken med mit blod, den nye og evige pagts blod, troens mysterie, som udgydes for jer og for mange til syndernes forladelse”. Dette sakramente indstiftede Jesus Kristus ved afskedsmåltidet, før han skulle skilles fra sine disciple. Det er det allermest attraktive fællesskabets sakramente, som forener os med Kristus og hans disciple. Vin og brød er de ydre skikkelser, som viser hen til Kristi sande legeme og blod. Dette Kristi sande legeme er endvidere et tegn på Kristi mystiske legeme, dvs. foreningen af hovedet og alle lemmerne. Hvis man modtager dette sakramente uværdigt, dvs. med en dødssynd på samvittigheden, begår man endnu en dødssynd. Det er kun en præst, som kan forvalte dette sakramente, og det bør ikke, undtagen i særlige tilfælde, indtages af én, der ikke er fastende. Nadveren er sakramenternes sakramente.

Nogle sakramenter siges at være større og nogle mindre i forhold til hinanden på forskellige måder. Det berøres i disse vers:

Større i virkning er dåben, Kristi legeme større i ‘væren’.

Ægteskabet er større i tegn, konfirmationen har en højerestående forvalter.

Kristi legeme og blod indtages ikke under sit eget udseende og skikkelse, men under andre udseender og former af tre grunde, som berøres i disse vers:

Kristus indtages skjult, så du ikke, dum, som du er,
bliver bange eller står og griner, for troen skal gavne.

Ved nadverens sakramente hælder man lidt vand – det er et tegn på gudsfolket – i kalken, men kun så lidt, at det kan opsuges af vinen.

Bodfærdighed er det at begræde noget fortidigt og ikke at gentage de synder, man begræder, dvs. at have det forsæt ikke at begå dem igen. Bodfærdighed (paenitentia) er sandsynligvis afledt af bod (paena) og vedholden (tenax), fordi man skal holde ved den gennem hele dette liv. Der er tre faser i bodfærdighed. Den første ligger før dåben, som en forberedelse. Den anden ligger efter dåben og den vedrører tilgivelige synder. Den tredje handler om dødssynder. Bodfærdighed har også tre udtryk, nemlig det rituelle,

niens, quod dolet admisisse. Confessio est legitima coram sacerdote peccatorum declaratio. Satisfactio est causas peccatorum excidere et eorum suggestionibus aditum non indulgere.

Confessio et satisfactio sunt signa tantum. Contritio [B 62 v b] res est respectu predictorum et signum respectu remissionis peccatorum, que est res tantum et non signum. Forma uerborum hec est: "Absoluo te auctoritate dei et matris ecclesie a peccatis de quibus es uere contritus et confessus". Quanta autem et qualis contritio sufficit et qualis debet esse confessio et satisfactio nota in 'Breuiario'. Regulariter confitens debet diligenter totam uitam suam discutere super quolibet peccato et super omnibus dolere, omnia perfecte et plane siue nude confiteri, quod sibi iniungitur libens suscipere et satisfacere carnem castigando, eleemosynas largiendo et orando. Unde uersus:

955

[B 63 r] Discute, contere, dicito, sustine, da, pete, stringe.

Minister huius sacramenti est solus sacerdos. Debet etiam confitens querere confessorem scientem et auctoritatem habentem alias de facili decipitur.

960 Utrum autem debeant fieri interrogaciones et qualiter et cuiusmodi penitencie debent iniungi et qualiter penitencie sunt arbitrarie et qualiter non, require in 'Breuiario' et in 'Summa' Raymundi.

Ne tamen sub silentio transeat, nota quod secundum canonem et dicta sanctorum regulariter pro omni peccato mortali per opus exterius consummato septennis penitencia iniungenda est et tantum magis et minus a supra<dicta> est imponenda secundum maioritatem et minoritatem criminis et circumstantias personarum, temporis et loci. Annualis penitencia dicitur ieiunium trium hebdomadarum ante natale et trium ante festum beati Ioannis Baptiste et trium ante festum beati Michaelis necnon et trium feriarum legitimarum in qualibet septimana scilicet diei Lune [U 173 v], Mercurii et Veneris, quattuor temporum et uigiliarum apostolorum Petri et Pauli, Bartholomei, Matthei, Simonis et Iude, Andree et Thome et Mathie. Sacerdos si fornicatus peniteat decem annis secundum formam tradicionalem in 'Decreto' d. LXXXII. Si cum filia spirituali peccauerat peniteat duodecim annis, si episcopus fornicatur peniteat quindecim annis. Sodomiticum omne peccatum carnale concupiscencie excedit. Nota uero quod imponitur penitencia triennis communiter pro simplici fornicacione, aliquando non nisi duodecim dies in pane et aqua in anno secundum discreti sacerdotis iudicium. Unde patet quod penitencie sunt arbitrarie secundum illud Leonis pape: "Tempora penitudinis habita moderacione constituenda sunt tuo iudicio prout conuersorum animos

975

det offentlige og det private. Der er også tre elementer i den, nemlig anger, syndsbe- kendelse, og godtgørelse. Anger er en smerte over sin egen vilje, fordi man er ked af, at man har tilladt den at begå en synd. Anger er rettet mod en selv, som en slags straf. Regulær bekendelse foregår på tomandshånd med en præst, idet man redegør for sine synder. Godtgørelse er at udrydde årsagerne til synd og at sikre sig, at man ikke giver efter for tilskyndelsen til at synde.

Skriftemål og bod er blot ydre tegn. Anger er det centrale i forhold til det, jeg har nævnt ovenfor, og det centrale tegn i forhold til syndernes forladelse, som i sig selv er en realitet, ikke blot et tegn. Den korrekte formel er denne: "Ved Guds og Moder Kirkes autoritet løser jeg dig fra de synder, som du ærligt har angret og bekendt". Hvor meget og hvilken anger, der er tilstrækkelig, og hvordan bekendelsen og godtgørelsen bør foregå, det kan man læse om i mit 'Breviarium'. Den, som skrifter efter de udstukne regler, skal systematisk og kritisk gennemgå hele sit liv med hensyn til en hvilken som helst synd og fortryde dem alle, bekende det hele direkte eller uden omsvøb, velvilligt tage imod den bod, som pålægges ham eller hende, og genoprette balancen ved at tæmme lysten, give almisser og bede. Herom dette vers:

Gennemgå, angre, bekende, udholde, give, bede og fastholde.

Det er kun en præst, som kan forestå dette sakramente. Den skriftende bør opsøge en veluddannet skriftefader som har autorisation, ellers bliver man let holdt for nar.

Om der skal udspørges, og hvordan, og hvilken bod, der bør pålægges, og hvordan den ene form for bod er underlagt skøn, mens en anden ikke er, det kan du læse mere om i mit 'Breviarium' og i *Ramon de Penyafort's* 'Summa'.

Her skal det ikke forbigås i tavshed, at den kanoniske tradition og kirkefædrenes udtalelser tilsiger, at der normalt skal pålægges 7 års bod for enhver dødssynd, der er begået ved manifest handling, og så meget mere eller mindre skal der pålægges, som svarer til anklagens alvorligere eller mildere karakter, alt efter omstændighederne med hensyn til de involverede personer, tid og sted. Årligt tilbagevende bodsdage omfatter de tre ugers faste før Jul, de tre uger før Sankt Hans, de tre uger før Mikkelsdag, de almindelige ugentlig fastedage, dvs. mandag, torsdag og fredag, tamperdagene i hvert kvartal, og dagen før festerne for Peter og Paulus (29. juni), Bartholomæus (24. aug.), Matthæus (21. sept.), Simon og Judas (28. okt.), Andreas (30. nov.), Thomas (21. dec.) og Matthi- as (24. febr.). Hvis en præst har haft sex, skal han gøre ti års bod iflg. den overleverede formulering i *Gratians* 'Decretum', 'Distinctio' 82. Hvis en præst har haft sex med sin guddatter eller et skriftebarn, skal han gøre 12 års bod, og en biskop, som har dyrket sex, skal gøre 15 års bod. Praktiseret homoseksualitet er værre end en hvilken som helst an- den seksuel synd. Bemærk i øvrigt, at der almindeligvis pålægges en bod på tre år for have sex uden for ægteskabet, somme tider med yderligere specifikation af 12 dage på vand og brød i hvert af årene, alt efter præstens omhyggelige skøn. Heraf fremgår det, at

perspexeris esse deuotos". Item octaua synodus: "Hoc sit positum iudicium eorum qui
980 presunt quanto tempore uel quolibet a modo penitere debeat qui deliquit".

Illi qui contriti et confessi de hac uita decesserunt et non perfecerunt penitentiam
sibi debitam satisfaciendo, in purgatorio id est in locis penalibus a deo ad hoc institu-
tis oportet eos satisfaciendo puniri, quos iuuant ecclesie suffragia et specialiter [B 63
r b] quattuor secundum Gregorium scilicet peregrinatio, eleemosynarum largitio, de-
985 uota oratio et sacra altaris oblatio. Et nota quod quinque sunt loca animarum exuta-
rum usque ad iudicium scilicet celum empyreum, limbus patrum, sinus puerorum non
baptizatorum, purgatorium, de quo dictum est, et puteus inferni.

In primo est eterna felicitas. In secundo fuit damni temporalis penalitas et non sen-
sus. In tertio damni et non sensus pene perpetuitas. In quarto cruciatio et pene damni
990 et sensus temporalis acerbitas. In quinto pene damni et sensus acerbissime eterna in-
felicitas. Et nota quod tria loca scilicet limbus patrum, sinus puerorum, et purgatorium
[B 63 v] sunt quidam sinus inferni. Unde quilibet locorum istorum dicitur infernus et
omnia loca ista simul cum abyssu inferni dicuntur inferus.

Extrema unctio est linitio olei sanctificati facta ad releuacionem infirmitatis mentis
995 et corporis. Item sic describitur: extrema unctio est sacramentum ex unctione infirmis
per oleum sanctificatum factum ad conferendum remedium contra reliquias peccati et
infirmitatem corporalem. Materia huius sacramenti est oleum simplex ab episcopo be-
neditum sine alterius rei admixtione. Forma autem huius sacramenti consistit in opere
scilicet consignacione membrorum in forma crucis et in prolacione horum [B 63 v b]
1000 uerborum: "Per istam sanctissimam unctionem et suam piissimam misericordiam di-
mittat tibi deus quidquid peccasti per uisum", et sic de aliis membris, que debent inungi.
Minister autem huius sacramenti est solus sacerdos. Nec hoc potest oleum consecrare
uel benedicere ullus nisi solus episcopus. Effectus huius sacramenti est sanatio corporis
magis autem [U 174] mentis que in duobus consistit scilicet peccatorum remissione et
1005 uirtutum ampliacione. Res huius sacramenti est gracia spiritus sancti efficiens sanita-
tem mentis et quandoque corporis quando scilicet expediens fuerit. Membra inungen-
da sunt aures, nares, oculi, manus et pedes. Quidam etiam inungunt [B 64 r] pectus et
renes siue umbilicum.

Ordo est per quem datur auctoritas ad ministeria altaris specialiter exercenda et

bodsudmåling er en skønsmæssig affære, hvilket også fremgår af et citat fra pave *Leo d. Store*: "Bodstider bør efter velovervejet mådehold fastsættes efter dit skøn, i forhold den indstilling, du har analyseret dig frem til hos den bodfærdige". Det samme siger denne bestemmelse fra det 8. økumeniske koncil (4. Koncil i Konstantinopel, 869–870): "Lad det være underlagt de relevante ansvarliges skøn, hvor lang tid og hvordan, den, som har syndet, skal gøre bod".

Det er rimeligt at antage, at de, som har angret og skriftet, men har forladt dette liv før de har nået at udføre godtgørelse for den pålagte bod, straffes ved ophold i skærsilden, som er det sted, Gud har indrettet netop til dette formål. Disse hjælpes på vej ved kirkens forbønner og derudover særligt ved fire ting, som nævnes af *Gregor den Store*, nemlig pilgrimsrejser, rigelig almisser, inderlig bøn og fejring af den hellige messe. Husk også, at der er fem steder, hvor de afdødes sjæle opholder sig indtil dommedag, nemlig den øverste og fuldstændigt oplyste himmel, limbo for de retfærdige hedninge, bugten for de udøbte børn, skærsilden, som jeg lige har talt om, og endelig helvedes sump.

På den første destination, himlen, findes den evige lyksalighed. På den anden, de retfærdige hedninges bolig, tildeltes midlertidig straf uden sanseindtryk. I den tredje afdeling, børnenes limbo, er der evig straf, dog uden at de mærker noget. I den fjerde, skærsilden, er der pinsler, og man mærker tydeligt straffen, som dog er midlertidig. I den femte, det egentlige helvede, martres man voldsomt og mærkbart i evig ulykke. Læg mærke til, at de tre nævnte regioner, limbo for de retfærdige hedninge, limbo for de udøbte børn, og skærsilden er en slags afdelinger af helvede. Derfor kan enhver af de nævnte afdelinger hver for sig kaldes 'helvede', og som samlebegreb, sammen med den yderligere betegnelse 'helvedesdybet' (abyssus), udgør de underverdenen.

Den sidste salvelse er besmørelse med indviet olie, beregnet til lettelse af lidelser i sind og krop. Ligeledes kan den beskrives: Den sidste salvelse er et sakramente af salvelse beregnet for de svage, fremstillet af indviet olie for at bringe lindring mod de sidste rester af synd og kropslig svaghed. Dette sakramentes fysiske stof er almindelig olie, der uden nogen form for tilsætningsstoffer er blevet velsignet af biskoppen. Den korrekte formel for dette sakramente er en handling, nemlig at betegne forskellige kropsdele med korsets tegn og fremsigelsen af disse ord: "Ved denne hellige salvelse og ved sin umådelige barmhjertighed forlader Gud dig hvad end, du måtte have syndet ved synet", og så fremdeles med andre dele af kroppen, som skal salves. Det er kun en præst, som kan forvalte dette sakramente. Han kan dog ikke hverken indvie eller velsigne olien, for det er kun biskoppen, der må det. Virkningen af dette sakramente er en renselse dels af kroppen, dels, og især, af sindet, hvor virkningen er dobbelt, nemlig vedr. syndernes forladelse og styrkelse af dyd. Realiteten i sakramentet er Helligåndens nåde, som helbreder sindet, af og til også kroppen, når man er heldig. De kropsdele, der skal salves, er ører, næse, øjne, hænder og fødder. Nogle salver også brystet og maven, dvs. omkring navlen.

Ordination giver myndighed til at bestride et særligt embede inden for kirken. Det

1010 differt hoc sacramentum ab aliis sacramentis quia in hoc sacramento datur aliquid a dispensatore suscipienti sacramentum scilicet auctoritas quod digne possit ministrare. Item in forma, quia forma huius sacramenti datur tantum per modum imperatium ut talis ordinandus procedat, et 'accipe' hoc uel illud, et sic 'fac' uel sic etc. Sunt autem septem ordines secundum numerum septiformis gracie diuine, quam qui non habet ad
1015 ordines accedere non potest, et distinguuntur secundum gradus.

Quorum primus ostiariorum [B 64r b], secundus lectorum, tertius exorcistarum, quartus acolythorum siue ceroferariorum, quintus subdiaconorum, sextus diaconorum, septimus presbyterorum. Horum omnia officia Christus in se exhibuit ut ostendit magister in quarto libro 'Sentenciarum', distinctione XXVI. Minister huius sacramenti est
1020 solus episcopus. Episcopi et abbates magis dicuntur proprie benedicti uel consecrati quam ordinati, quia non ascendunt ad altiore gradum respectu summi sacramenti scilicet corporis Christi ad quod et propter ordines et eorum gradus sunt specialiter instituti. Et nota quod sacerdos duo habet officia, unum principale scilicet conficere corpus Christi et sanguinem, alterum secundarium [B 64 v] scilicet populum preparare ad
1025 digne suscipiendum. Ad primum officium pertinet quod quis prepararet hostiam, uinum et aquam et ad altare afferat et quod allata sacerdoti offerat et cum eo disponat. Ad primum ordinatur subdiaconus, ad secundum diaconus. Item ad officium sacerdotis exigitur quod indigni excludantur et digni intromittantur. Intromissi amplius expurgentur, expurgati instruantur de lege uetere et illuminentur ad nouam.

1030 Primum spectat ad ostiarios, secundum ad exorcistas, tertium ad lectores, quartum ad acolythos. Item in officio misse introitus spectat ad ostiarios. Kyrie eleyson ad exorcistas [B 64 ub], oratio ad sacerdotes, propheta ad lectores, luminarum ministratio ad acolythum, epistula ad subdiaconum, et cetera ad chorum. Gradus et alleluia etc. ad chorum, euangelium ad diaconum, offertorium ad omnes, reliqua omnia principaliter
1035 ad sacerdotem.

Matrimonium est uiri et mulieris coniunctio maritalis inter personas legitimas indiuiduam uite consuetudinem retinens. Hoc sacramentum institutum fuit primo [U 174 v] in paradiso ad officium, secundo scilicet post peccatum in remedium. Huius sacramenti signatum est coniunctio Christi et ecclesie secundum duplicem uinculum caritatis,
1040 gracie et nature. Cuius signum siue sacramentum est consensus animorum qui est [B 65 r] efficiens causa matrimonii et coniunctio sexus. Sunt autem tria bona matrimonii scilicet fides, proles et sacramentum id est indiuisibilitas.

Sunt autem impedimenta que matrimonium contrahendum dirimunt et tanguntur

1025 suscipiendum] suscipiendum <corpus domini> *Walz*

adskiller sig fra de øvrige sakramenter, fordi her gives noget fra forvalteren af sakramentet med henblik på, at modtageren får autorisation til værdigt at varetage et embede. Ligesådan afspejles forskellen i selve formuleringen, fordi ordination tildeles i bydemåde (imperativ), nemlig at den, som skal ordineres først skal træde frem, og så siges 'Modtag' det ene eller det andet embede, og herefter 'Gør således' eller hint. Der er syv forskellige embeder, der hvert er koordineret med en af de 7 former af Guds nåde, og har man ikke del i dem, kan man ikke blive ordineret. Hele systemet er hierarkisk opbygget.

Den første ordination er til dørvogter (ostiarus), den anden er vielse af lektorer, den tredje af exorcister, den fjerde akolytter eller lysbærere, den femte af subdiakoner, den sjette af diakoner, og den syvende er præstevielsen. Kristus har selv anvist alle disse embeder, som Mesteren (= *Peter Lombarden*) siger i sine 'Sentenser', 'Distinctio' 26 (= 24). Det er kun en biskop, som kan ordinere. Embedet som biskop eller abbed beskrives mere korrekt som tildelt ved velsignelse eller indvielse end ved ordination, da de ikke går op på et højere trin op i forhold til forvaltningen af det allerhelligste sakramente, nemlig det, som har med Kristi legeme at gøre. Der er allerede i ordinationssystemet et særligt trin for dette. Læg mærke til, at en præst har to hovedopgaver, nemlig a) at forvalte Kristi legeme og blod, og b) at forberede gudsfolket til at modtage nadveren på en værdig måde. Til den første opgave hører også, at nogen skal forberede hostie, vin og vand, bære det frem til alteret, overlade det frembårne offer til præsten og assistere ham. Til det første af dette ordineres subdiakoner, til det andet diakoner. Det er bydende nødvendigt, at kun værdige personer tildeles præsteembedet, og at uværdige udelukkes fra det. De som bliver lukket ind til præsteembedet skal lære at føre et ulasteligt liv, og derefter skal de oplæres i GT og oplyses ved NT.

Første trin sigter til dørvogteren, andet til exorcisten, tredje til lektoren, fjerde til akolytten. Ved messefejringen kommer således først Introitus (jf. dørvogteren), så Kyrie eleison (jf. exorcisten), en bøn (jf. præsten), en GT-læsning (jf. lektoren), håndtering af kærterne (jf. akolytterne), et Apostelbrev (jf. subdiakonen), og resten ved koret. Gradualet og Alleluia'et varetages af koret, Evangeliet reciteres af diakonen, Offertoriet synges af alle, og resten varetages først og fremmest af præsten.

Ægteskabet er den ægteskabelige forbindelse mellem en mand og en kvinde, der som juridisk selvstændige personer indgår i et uopløseligt samliv. Dette sakramente blev først indstiftet i paradiset som et ideal, men efter syndefaldet genfortolket som en afhjælpende foranstaltning. Foreningen mellem Kristus og Kirken er et forbillede for dette sakramente, da det kendetegnes ved en dobbelt kærlighedens sammenhængskraft, nemlig dels ved nåden og dels ved naturen. Tegnet på dette eller selve sakramentet er sindenes overensstemmelse, som i kombination med gennemført samleje er den afgørende faktor for ægteskabets realitet. Ægteskabet medfører tre goder: a) trofasthed, b) børn, og c) selve sakramentet, dvs. uopløseligheden.

Der er dog nogle forhold, som gør indgåelsen af ægteskab ugyldigt, og de berøres i

his uersibus:

1045

Error, condicio, uotum, cognatio, crimen,
Cultus disparitas, uis, ordo, ligamen, honestas.
Si sis affinis, si forte coire nequibis.
Hec socianda uetant connubia, iuncta retractant.

1050

Error persone est cum mulier habet noticiam alicuius persone uel per uisum uel famam et credit illam esse presentem et consentit [B 65 r b] et non est ille quem putauit, tunc non consentit in presentem sed in illum, quem putat istum esse et tunc uere est error persone. Si uero nullam habet noticiam persone quam iste fingit se esse uel putat hunc nobilem et non est, uel diuitem et non est, non est error persone sed est uel pura

1055

ignorancia uel error qualitatis uel forme.

Conditio est si liber contrahit cum ancilla sciens eam ancillam et e conuerso tenet matrimonium si uero contrahit cum ancilla credens eam liberam et e conuerso nullum est matrimonium.

1060

Votum castitatis solemne impedit matrimonium contrahendum et dirimit contractum. Votum castitatis simplex impedit sed non dirimit contractum.

Cognatio triplex est scilicet carnalis, spiritualis et legalis. Prima impedit ex omni parte usque ad quartum gradum inclusiue et dirimit contractum.

1065

Consanguinitas est uinculum personarum ab eodem stipite descendencium carnali propagacione contractum. Linea est ordinata collectio personarum consanguinitate coniunctarum ab eodem stipite descendencium diuersos gradus continens. Gradus autem sunt tres, scilicet ascendencium ut a filio ad patrem et auum. Alius descendencium ut a patre ad filium etc. Tertius transversalium siue collateralium ut frater et filius fratris et nepos etc. Gradus est habitudo distantium personarum, qua cognoscitur, quanta generacionis distancia due persone inter se differant.

1070

Cognatio spiritualis est propinquitas proueniens ex [B 65 v b] sacri dacione uel ad id tenente. Huius species sunt quattuor, scilicet compaternitas, commaternitas, fraternitas, et filiatio, uerbi gracia in baptismo inter baptizantem et patrem baptizati est compaternitas, similiter inter patrem pueri et suscipientem [U 175], unde uersus:

1075

disse vers:

Forveksling, stand, kyskhedsløfte, familieforhold, forbrydelse,
forskell i religion, vold, ordination, binding, anstændighed.
Hvis du er nært beslægtet, hvis du er impotent;
dette forbyder at ægteskab indgås, og opløser allerede indgåede.

Forveksling af person forekommer, hvis fx en kvinde har kendskab til en mand ved at have set ham flygtigt eller af omtale, og hun tror, at det er ham, hun siger ja til ved vielsen, men faktisk viser han sig at være en helt anden. I dette tilfælde har hun ikke givet samtykke til ægteskab med den, som var til stede ved vielsen, men til ham, hun troede, det var, og i dette tilfælde foreligger i sandhed forveksling af person. Hvis hun til gengæld slet ikke har et personligt kendskab har til én, som ved en vielse foregiver at være en anden, eller at hun tror at pågældende er adelig, og han ikke er det, eller at hun tror, at han er rig, og han ikke er det, da forekommer ikke forveksling af person, men a) ren og skær uvidenhed, b) forveksling af egenskaber, eller c) forveksling af omstændigheder.

Standsforskel vedrører ægteskab, fx hvis du som en fri mand gifter dig med en tjenestepige, som du ved er en tjenestepige, og vice versa. I dette tilfælde er ægteskabet gyldigt. Hvis du derimod gifter dig med en tjenestpige, som du tror er en fri kvinde, og vice versa, da er ægteskabet ugyldigt.

Et højtideligt aflagt kyskhedsløfte forhindrer indgåelse af ægteskab og annullerer et allerede afgivet ægteskabsløfte. Et privat aflagt kyskhedsløfte forhindrer indgåelsen af et ægteskab, men annullerer ikke et allerede indgået.

Slægtskab kan inddeles i tre kategorier: biologisk, åndeligt og juridisk. Biologisk slægtskab forhindrer ægteskab med en, man er beslægtet med i indtil fjerde led og opløser det, hvis det er indgået. Hvis én tilhører det andet eller tredje led i en gren af familien, kan vedkommende godt gifte sig med én i femte led i en anden slægtsgren.

Blodsbeslægtethed er et bånd eksisterende mellem personer, som ved biologisk formering nedstammer fra samme ophav. En slægtsgren er en generationsvis indordning af personer som i lige linje nedstammer fra samme slægt. Led tælles på tre måder, a) i opadstigende retning som fra søn til far eller bedstefar, b) nedadgående som fra fader til søn, osv., og c) tværgående eller parallelforskudt, som fra bror til brorsøn og fætter, osv. Led er således udmåling af afstand mellem personer, og den udregnes alt efter hvor stor generationsafstanden mellem to personer er.

Åndeligt slægtskab forekommer, når der gives og fastholdes tilsagn om et helligt anliggende. Der er fire typer: at være gudfader eller vidne, være gudmoder eller vidne, broderskab med gudforældres børn, og selv at være gudbarn. Således forekommer åndeligt fællesfaderskab mellem gudfaderen og den døbtes far, og på samme måde mellem barnets far og vidnerne. Heraf verset:

Compatrem semper pater, alter spiritualis,
Alter carnalis, non fallit regula talis.

1080 Commaternitas est inter matrem pueri et baptizantem et suscipientes et coniuges
suscipiendum. Filiatio autem inter baptizantem et puerum et filium, inter suscipientes
et puerum et inter coniuges suscipiendum et puerum. Fraternitas autem inter puerum
et filios et filias baptizantis et suscipiendum [B 66 r]. Inter baptizantem autem et su-
scipientes et inter ipsos suscipientes non contrahitur aliqua cognatio spiritualis. De co-
gnacione legali, quia apud nos locum non habet nihil pono sed qui de ea scire uoluerit
1085 requirat in 'Summa' Raymundi.

Crimen. Licet multa sint crimina que impediunt matrimonium contrahendum,
nullum tamen dirimit contractum nisi adulterantes machinantur uel alter eorum in
mortem alterius coniugis uel coniugum cum effectu uel qui fidem dederint de contra-
hendo uel nisi contraxerint de facto aliis coniugibus uiuentibus.

1090 Cultus disparitas. Non potest christianus ducere paganam uel iudeam in uxorem
nec e conuerso pa[B 66 r b]ganus christianam uel iudeus, quod si factum fuerit nullum
matrimonium de quo nota plura in 'Summa Raymundi'.

Violencia uel uis. Vis est maioris rei impetus qui repelli non potest. Quamdiu durat
non est matrimonium uel etiam si fuerit metus, qui potest cadere in uirum constantem
1095 ut metus mortis, corporis grauis cruciatus, stupri uel seruitutis. Metus est instantis uel
futuri periculi mentis trepidatio. Nota quattuor metus, qui excusantur his uersibus:

Excusare metus hos puta posse: nefas
Stupri seu status, uerberis atque necis.

1100 Ordo sacer ut subdiaconus et superiores impediunt matrimo[B 66 v]nium contra-
hendum et dirimunt contractum.

Ligamen. Si unus ligatus est alteri per uerba de presenti, si se ligauerit cum altera,
et si filios procreauerit, primum dirimit secundum.

1105 Publice honestatis. Iusticia impedit et fere secundum omnes dirimit et est talis,
cum quis contrahit sponsalia cum aliqua septem annos habente, si ipse decesserit uel
alio modo impeditur ut per ingressum religionis uel similiter, nullus consanguineo-
rum suorum potest cum illa contrahere. Si uero infra septem annos, non impeditur

En far har altid en medfar; én er åndelig far, og én biologisk. Og denne regel er holdbar.

Fælles åndeligt forældreskab eksisterer mellem barnets mor, faderen, vidnerne og deres ægtefæller. Man bliver åndeligt barn af sin dåbsfaddere, af vidnerne og deres ægtefæller. Åndeligt søskendskab eksisterer mellem dåbsbarnet og fadderens sønner og døtre. Der opstår dog ikke noget åndeligt slægtskab mellem dåbsfaderen og vidnerne, og indbyrdes mellem vidnerne. Om legal beslægtethed (= adoption), skriver jeg ikke noget, for det har jeg ikke plads til her, men hvis nogen vil vide mere om det, så kan det findes hos *Ramon de Penyafort* i hans 'Summa'.

Forbrydelse. Skønt der er mange forbrydelser, der forhindrer indgåelse af ægteskab, er der dog ingen, som kan annullere et indgået ægteskab. Der forekommer dog disse tre undtagelser: a) hvis der forekommer utroskab og de, som er involveret i sidespringet, eller en af dem, lægger baghold op og pønser på at myrde sin eller den andens lovformelige ægtefælle eller begge, b) hvis nogen giver tilsagn om giftermål samtidig med, at de allerede er gift med en anden, som stadig er i live, eller c) faktisk indgår et ægteskab samtidig med, at de allerede er gift med en anden, som stadig er i live.

Forskellig religion. En kristen mand kan ikke gifte sig med en jødisk eller hedensk kvinde, og en hedning eller jødisk mand kan ikke gifte sig med en kristen kvinde. Hvis det alligevel forekommer, betragtes ægteskabet som ikke-eksisterende. Læs mere herom hos *Ramon de Penyafort* i hans 'Summa'.

Voldelig adfærd eller vold i ægteskabet. Vold er et angreb fra en stærkere part, som ikke kan afværges. Så længe det står på, betragtes ægteskabet som suspenderet, hvilket også gælder, hvis det skulle ske, at en ellers rolig mand rammes af frygt for fx at miste livet, kropslig mishandling, voldtægt eller slavetilværelse. Frygt er sindets rystelse på grund af en fare, som kan indtræde umiddelbart eller vil indtræde i fremtiden. Husk de fire typer af frygt, der kan tjene som formildende omstændigheder, med disse vers:

Ved frygt for disse ting (Gud forbyde dem!) kan man undskyldes:
Voldtægt eller trældom, tæsk og drab.

Ordination. En subdiakon eller én, som er ordineret til et højere embede, må ikke indgå ægteskab.

Binding. Hvis man har givet højtideligt løfte om ægteskab ('verba de praesenti') til en anden, hvis man allerede er gift med en anden, og hvis man har fået børn med en anden kvinde, da forhindrer den første forbindelse, at man indgår en ny.

Vedr. almindelig anstændighed. Almindelig retfærdighedssans modsætter sig en aftale, der handler om trolovelse med en pige på 7 år, og annullerer også aftalen, hvis den er indgået, – det er næsten alle autoriteter enige om. Hvis nemlig manden dør eller på anden måde bliver indisponeret, fx ved at indtræde i et kloster eller tilsvarende, kan må-

matrimonium, non enim reputantur sponsalia, que contrahuntur ante septennium.

1110 Affinitas est propinquitas personarum ex carnali copula ueniens omni carens parentela. Et nota quod omnes cognati uel consanguinei uiri usque ad quartum gradum attinentur uxori et e conuerso secundum numerum eorundem graduum sed non secundum genus attinencie, quia hic est propinquitas affinitatis, illic consanguinitatis. Unde datur talis regula, quod persona addita persone per carnis propagacionem,
1115 mutat gradum et non genus attinencie [U 175 v]. Addita autem per carnis copulam mutat genus et non gradum, unde uersus:

Mutat nupta genus sed generata gradum.

1120 Si forte coire nequibis. Item impotencia coeundi, si est perpetua ut est frigiditas uel [B 67 r] quecumque alia causa, si fuit ante matrimonium contractum, impedit et dirimit. Si post ut sectio uel maleficium non dirimit.

Item nota duos uersus de casibus impediens et non dirimentibus:

1125 Ecclesie uetitum necnon tempus feriatum.
Hec prohibent fieri, permittunt facta teneri.

16 <Tractatus decimus quartus – De distinctione temporum>

Nunc de distinctione temporum et antichristo aliquid est dicendum. Tempus huius
1130 uite distinguitur in tempus innocencie siue diuine consolacionis, item in tempus deuacionis, renouacionis, reconciliacionis, conuersionis et ultime retribu[B 66 r b]cionis. Primum fluxit a mundi creacione usque ad peccatum hominis. Secundum ab hominis peccato usque ad legis dacionem. Tercium a legis dacione usque ad filii dei incarnationem. Quartum ab incarnatione Christi usque ad spiritus sancti missionem. Quintum
1135 ab hinc usque ad mundi renouacionem. Et hoc ultimum tempus distinguitur in tempus plantacionis ecclesie, confortacionis, stimulacionis, strictissime examinacionis siue grauissime persecucionis. Primum fluxit sub persecucione et martyrizacione apostolorum et martyrum. Secundum ab [B 67 v] ecclesie catholice consolidacione per

ske ingen af hans slægtninge overtage aftalen om giftermål. Hvis en pige er ældre end 7 år, er der ingen forhindringer for senere ægteskab, men trolovelse aftalt før 7-årsalderen anerkendes ikke.

Beslægtethed ved svogerskab opstår ved seksuelt samliv, uden at de involverede personer har fælles afstamning. Her skal man huske, at alle mænd, som er blodsbeslægtede med en kvinde i indtil fjerde led, og vice versa for kvinder, falder ind under reglen om ikke at gifte sig med vedkommende, man er beslægtet med i indtil fjerde led. Beslægtethed ved svogerskab, som behandles her, er dog af en anden type. Heraf følger den huskeregel, at en person, der ved biologisk afstamning står i relation til en anden, regnes for et nyt generationsled, men det ændrer ikke typen af beslægtethed. Omvendt ændrer slægtskab begrundet ved seksuelt samliv mellem to personer typen af beslægtethed til svogerskab, hvoraf dette vers:

Et ægteskab ændrer typen af beslægtethed, men kun afkom ændrer antallet af slægtled.

Hvis du af en eller anden grund ikke kan gennemføre et samleje. Også impotens er en forhindring for ægteskab, hvis der enten er tale om kronisk mangel på sexlyst, eller der er en anden årsag, som daterer sig til før ægteskabets indgåelse. I disse tilfælde kan man ikke indgå et ægteskab, og et allerede indgået ægteskab må erklæres ugyldigt. Hvis impotensen først indtræder senere, fx ved kastration eller sort magi, da opløses ægteskabet ikke.

Ligeledes kan man notere sig følgende to vers, som henviser til de grunde, som forhindrer ægteskabs indgåelse, men ikke kan opløse et allerede indgået:

Kirkens forbud og ikke mindst højheligedage,
forhindrer at ægteskab indgås, men tillader dog et at bestå.

16 Fjortende afhandling: Om tidsaldrenes kendetegn

Nu vil jeg sige noget om tidsaldrenes kendetegn og Antikrist. Denne verdens tidsalder inddeles i uskyldighedens eller den guddommelige trøsts tidsalder, syndefaldets tidsalder, fornyelsens, forsoningens, omvendelsens og den yderste doms tidsalder. Den første udspillede sig fra skabelsen til menneskets syndefald. Den anden går fra syndefaldet til modtagelsen af de ti bud. Den fjerde går fra Kristi inkarnation til sendelsen af Helligånden. Den femte går derfra og til verdens fornyelse. Denne sidstnævnte tidsalder kan underinddeles i fire perioder, nemlig i kirkens fremvækst, konsolidering, blomstring og endelig de hårdeste prøvelser eller den totale forfølgelse. Den første af disse perioder omfatter kristenforfølgelserne og apostlenes martyrier sammen med de øvrige martyrer. Den anden går fra den katolske kirkes konsolidering ved *Augustin, Ambrosius, Isidor*

doctrinam sanctorum doctorum Augustini, Ambrosii, Isidori et aliorum contra hereti-
 1140 corum impugnacionem. Tercium nunc fluit sub falsorum fratrum occulta et maligna
 machinacione. Quartum erit sub antichristi et suorum grauissima persecucione fide-
 lium et expugnacione. Tanta enim erit illa persecutio ut saluator noster predixit quanta
 non fuit ab initio mundi nec postea futura est et nisi deus abbreviasset dies illos non sal-
 ua fieret omnis caro. Antichristi namque secundum apostolum, Thess. c. I, aduentus
 1145 est secundum operacionem sathane in omni uirtute, signis et prodigiis mendacibus et
 in omni [B 67 v b] seductione iniquitatis. Omnes enim persecutiones trium temporum
 precedencium in ista concurrunt et uehementiori et fortiori modo.

17 <Tractatus decimus quintus> – De <antichristo et> ultimo iudicio

Secundum tradicionem doctorum specialiter super Daniele et apocalypsim an-
 1150 tichristus in magna Babylonia nascetur ex meretrice generis Dan. In matris utero re-
 plebitur spiritu diabolico, in corozaim nutrietur a maleficis, faciet se circumcidi, iu-
 deos congregabit, mirabilem sibi scienciam inesse ostendet et quedam mirabilia que
 sui miracula esse affirmant faciet. Omnes thesauri occulti sibi [U 176] per diabolum re-
 uelantur, munera dabit abundanter [B 68 r], messiam se predicari faciet in Ierusalem,
 1155 cum iudeis transiet et ipsam et templum reedificabit in quo sibi solium regale consti-
 tuet et predicatorum suos et legatos per orbem transmittet et specialiter ad decem reges
 qui tunc temporis maiores estimantur. Tribus autem regibus scilicet Egypti, Africe et
 Ethiopie sibi obsistentibus deuictis et contritis alii septem eius imperio colla submit-
 tent. Sabbatum festiuat ut iudeos sibi attrahat, et dominicam ut attrahat christianos.
 1160 Quattuor modis orbem terre sibi subiugabit reges principi [B 68 r b] pes et nobiles diuiciis
 et honoribus, clericos et mundi sapientes omnium artium astucia et mirabili eloquen-
 cia, prelatos ecclesiarum et religiosos miraculis, mendaciis et prestigiis, uulgius penis,
 minis et terroribus. Et nihilominus his quattuor modis scilicet munerum et bonorum
 largicione, astuta suasionem, mirabilium operationem et tormentorum cruciacionem cuius-
 1165 libet generi hominum infestus erit. Secundum hos quattuor modos quattuor nomina
 ei attribuuntur, tria in greco, scilicet 'teitan', 'antemos', 'arnoume', in latino 'diclux' quo-
 rum quodlibet secundum litteras in eis positas signare dat DCLXVI, ut [B 68 v] notatur
 Apocalypsi cap. XIII.

og de andre kirkefædres lærevirksomhed og deres afvisning af hæretikernes angreb. Den tredje periode, som vi befinder os i nu, er kendetegnet ved falske munkes udspekulerede, hemmelige og ondsindede anslag. Den sidste periode vil forløbe under Antikrists og hans kumpaners totale forfølgelse af og angreb mod de troende. Forfølgelsen vil blive så omfattende, ligesom vor frelser har forudsagt, som den aldrig har været siden verdens skabelse, og aldrig siden igen vil blive. Og hvis ikke Gud ville komme og sætte en stopper for disse frygtelige dage, ville der intet blive tilbage af menneskeheden. Ifølge Paulus, 'Thessalonikerbrevet', kapitel 1 (2 Thess. 2.9-10) vil Antikrist ankomme som Sattans værk, med al kraft, med løgnetegn og løgneundere, og med alt uretfærdighedens bedrag. Alle de tre tidligere perioders forfølgelser opsummeres nemlig i denne, blot på en meget voldsommere måde og i en helt anden skala.

17 Femtende afhandling: Om Antikrist og Dommedag

Ifølge overleveringen af kommentarer til Daniels Bog og Johannes Åbenbaring vil Antikrist blive født i det store Babylon af en skøge, der er efterkommer af Dan. I livmoderen vil han blive opfyldt af diabolisk ånd, i Corozaim vil han blive opfostret af magikere, han vil lade sig omskære, samle jøderne omkring sig og vise, at han er i besiddelse af en unaturlig stor viden, og han vil gøre undere, som man vil bekræfte, at han er ophavsmanden til. Han vil afsløre sine umådelige og skjulte rigdomme gennem djævelen, han vil gavmildt uddele belønninger, og han vil tilrettelægge det sådan, at han bliver forkyndt som Messias i Jerusalem. Han vil da slå sig sammen med jøderne og genopbygge byen og templet, hvor han vil indrette sin kongetrone, og han vil udsende prædikanter og ambassadører til hele verden, især til de ti konger, som på det tidspunkt vil blive anset for de mest magtfulde. Tre af rigerne, Egypten, Libyen og Etiopien, vil først gøre oprør mod ham, men de vil blive besejret, og de resterende syv vil han bare knuse og underkaste sit herredømme. Han holder lørdagen hellig for at tiltrække jøderne, men også søndagen for at få fat i de kristne. Han vil anvende fire strategier for at underlægge sig verden: a) konger, fyrster og adelen lokker han med rigdomme og magtpositioner, b) klerke og universitetets professorer forfører han med intellektuel finesse på alle fagområder kombineret med en genial kommunikationsevne, c) kirkernes præster, munke og nonner bedrager han med mirakler og jærtegn, og d) lægfolket underkuer han med trusler om straf i et fuldendt rædselsregimente. Og således vil han på disse fire måder, nemlig ved uddeling af gaver og privilegier, snedig overtalelse, udvirkelse af mirakler og voldelig undertrykkelse få ram på alle tænkelige kategorier af mennesker. For hver af disse fire strategier benævner man Antikrist med et særligt navn. Der er tre græske, nemlig 'Teitan', 'Antemos' og 'Arnoume', og et latinsk, 'Diclux'. Alle disse navne henviser, udregnet efter de bogstaver, de består af, til tallet 666, som der står i 'Johannes' Åbenbaring', kap. 13 (Åb. 13.18).

Et per hunc triplicem senarium qui numerus perfectus est, uult sibi attribui tripli-
cem perfectionem, scilicet nature, gracie et glorie. Omnem perfectionem fructuum fa-
cit sibi offerri trigesimum, sexagesimum et centesimum, facit se adorari ut deum, tribus
diebus se finget mortuum et tunc uiuum et in montem ubi Christus ascendit figet taber-
naculum quasi inde pro sua uoluntate ascensurus et descensurus et ibi audiet uocem a
terribilem et statim miser moritur et postea dantur a deo quadraginta dies ad peniten-
ciam et iudei conuertentur, sed quo die uel qua hora fiet iudicium a cunctis uiuentibus
ignoratur.

Horum que [B 68 v b] spectant ad ultimum iudicium, quedam sunt precedencia
ut signorum terribilium ostensio, mundi conflagratio, tube uociferacio, mortuorum re-
surrectio. Quedam sunt complectencia ut quattuor ordinum dispositio, disceptatio et
finalis sentencie promulgatio. Quedam sunt subsequencia ut pena infernalis et gloria
celestis. In pena infernali erit penarum uarietas, in uarietate acerbitas, in acerbitate in-
finibilitas. In gloria celesti est premium substancialiale quod consistit in uisione, fruicione
et [U 176 v] tencione. Et hec dicuntur prima stola et tres dotes anime. Item substancialiale
quod consistit in quattuor dotibus [B 59 r] corporis, scilicet claritate, subtilitate, agili-
tate et impassibilitate, unde uersus:

Clarus, subtilis, agilis, non passibilisque,
Aspiciensque tenens fruitur te quisque beatus.

Item accidentale quod est triplex aureola que debetur martyribus, doctoribus et uir-
ginibus, unde uersus:

Aureola martyr <doctor> uirgoque refulget.

Et in his autem omnibus sumitur gradus secundum exigenciam meritorum.

Explicit Rotulus Augustini.

Og ved disse 3 sekstaller, for 6 er jo et fuldkomment tal, ønsker Antikrist at man tilskriver ham tredobbelt perfektion, nemlig i naturlige egenskaber, i indflydelse og i hædersbevisninger. Hver af disse perfektioner lader han bringe tilbage til sig som en høst på tredivefold, tresfold og hundredefold, han lader sig tilbede som en gud, han foregiver at være død i tre dage for så pludselig at blive levende, og på bjergsiden, hvor Kristus gik op, vil han opføre en hytte, ligesom om han selv af egen vilje vil stige op og gå ned igen. Der vil han høre en frygtindgydende stemme, lade som om han, staklen, er død. Derefter vil Gud give ham 40 dage til faste og bod, og jøderne vil blive omvendt til ham, men præcis hvilken dag og på hvilket tidspunkt dommedag vil komme, det ved intet levende menneske.

Af de ting, som har med dommedag at gøre, er nogle forvarsler, sådan som fx tilsynkomsten af de frygteligste tegn, jordens brand, basunernes gjalden og de dødes opstandelse. Andre ting er indeholdt i selve dommen, fx inddelingen af menneskeheden i fire grupper, retssagen og afsigelsen af den endelige dom. Og nogle ting sker efterfølgende, nemlig straffen i helvede og den himmelske herlighed. Straffene i helvede er forskellige med hensyn til både hårdhed og varighed, nogle til evig tid. I den himmelske herlighed er der en reel og åndelig belønning, som er beskuelsen og nydelsen af det guddommelige og en stræben mod Gud. Disse ting kaldes 'den første kappe' eller sjælens tre morgengaver. Derudover kommer der en reel, fysisk belønning, som er kroppens fire morgengaver, nemlig stråleglans, skønhed, smidighed og frihed fra lidelse, hvoraf de følgende vers:

Strålende, skøn, smidig og helt uden smerte,
betragter, omfavner og nyder dig, Gud, hver en salig.

Men der er også en ekstra belønning eller egenskab, som er den tredobbelte glorie (aureola), som tilkommer martyrer, kirkelærere og hellige jomfruer, hvorom følgende vers:

Martyr, kirkefader og jomfru lyser op med sin glorie.

Og i hele dette system indplaceres hver enkelt på sit trin efter fortjeneste.

Her slutter Augustinus de Dacia's 'Rotulus Pugillaris'.